BIBLIOTECA NAZ.LE
131
D
41
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
151
D
41
NAPOLI

BIBLIOTHECA

[illegible]

LIBER RARISSIMUS,

Et à nonnullis inter ἀνεκδότους numeratus,

[illegible]

IN LATINAM CONVERSUS.

Præmiſit PRÆFATIONEM NOTASQUE nonnullas addidit

[illegible]

[illegible]

Paſtor ad D. Cathar. & Scholarcha.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

HAMBURGI,

[illegible]

AN. MDCCXXXIV.

Digitized by Google

LECTORI ERUDITO,

S. P. D.

JO. CHRISTOPHORUS WOLFIUS.

QUEM vides libellum, LECTOR, eum *Italice* ſcriptum ſuperioribus annis Latina civitate donavi, tum aliquem Italicæ linguæ uſum mihi comparaturus, tum, ſi quando fieri poſſet, publici eum juris facturus. Dignus vero mihi hac opera habitus eſt variis nominibus. Primum enim non in oris ſolum noſtris, ſed & in ipſa Italia hodie tam raro occurrit, ut à nonnullis eruditorum inter ἀνεκδότους ſit numeratus. Alii, rectiora edocti, deſiderium illum legendi vix tulerunt. Ipſe denique ita comparatus eſt, ut rei literariæ non exiguum commodum præſtare poſſit. *Jo. Dan. Morhoſius*, ὁ μακαρίτης, Vir in his literis ſummus, ἀνεκδότοις eum annumeravit lib. I. Polyhiſtoris Literarii c. 14. §. 25. *Ejus*, inquit, *viri Athenas Italicas & Bibliothecam Aproſianam ita exſpectant viri docti, ut deſiderium amplius non ferant.* Similiter lib. I. c. 5.

 §. 14.

§. 14. *Quomodo*, ait, *Bibliothecam ſuam* Angelicus Aproſius, *Auguſtinianus, inſtituerit, non liquet: nam nihil ejus, quod ſciam, editum eſt.* Mireris quidem id merito, cum ipſe ad *Gregorii Leti* Italiam Regnantem an. 1676. editam, Parte IV. p. 377. provocet, ubi non ſolum libri titulus, ſed & editio ejus Bononienſis an. 1673. 12. affertur, imo & loci quidam, ex quibus conditio ejus æſtimari poſſit, promuntur. Secutus tamen *Morhoſium* eſt *Theodorus Janſſonius ab Almeloveen* in Bibliotheca promiſſa & latente p. 2. Primus ex noſtratibus Bibliothecam hanc frequenter, ſed obiter tantum, allegat *Georg. Matthias Konigius* in Bibliotheca Vetere & Nova, Altorfii 1678. edita; primus autem *Vincent. Placcius*, ὁ μακαρίτης, de his aliis queliteris egregie promeritus, curate de eadem expoſuit in Theatro Pſeudonymorum p. 61. in quo eandem paſſim ad partes vocat, ubi de *Anonymis* vel *Pſeudonymis* detegendis agitur. *Placcii* opera adjutus *Pet. Bælius*, qui ipſe librum non viderat, rationes ejus qualicunque modo in Dictionario Hiſtorico-Critico, ſuo loco, ſub *Aproſii* nomine expoſuit, *eruditos illius deſiderio vehementer duci* inter cetera teſtatus. Memini etiam Rev. *Jo. Voigtium*, amicum noſtrum, honorificam ejus in Catalogo Hiſtorico-Critico librorum rariorum, p. 13. inter libros rariores facere mentionem, qualis etiam in Catalogo Bibliothecæ Menckemianæ p. 83. occurrit. Compara quoque *Theophili Sinceri* commentationem vernaculam de veteribus iisque rarioribus libris Faſcic. I. Sect. II. p. 59. Cauſa utique non una erat, cur eruditi libellum propius noſſe cuperent. Quamvis enim ita is ſit comparatus, ut illi tantum data opera commemorentur, qui *Aproſio*, in Bibliotheca ſua inſtruenda verſanti, beneficos ſe præſtiterunt, libris vel ſuis, vel aliorum donatis; operam tamen ſimul dedit Auctor, ut de vita, meritis ſcriptisque, ſi qua edi-

ediderant, Patronorum ſuorum conſtare legenti poſſet. Taceo, ſubinde libros adferri rariores & pauciſſimis cognitos, & in digreſſionibus, quarum noſter eſt amantiſſimus, ea ſubinde commemorari, quorum cognitio & jucunda & utilis ſit futura. Itaque non male me de literis meriturum putavi, ſi commentationem hanc in communiorem uſum traducerem.

Reliquum eſt, ut rationes ejus nonnihil curatius ediſſeram. Inſcriptio Italica hæc eſt: *La Biblioteca Aproſiana paſſatempo Autunnale di Cornelio Aſpaſio Antivigilmi, tra Vagabondi di Tabbia detto l'Aggirato. All' Illuſtriſſimo e Generoſiſſimo Sig. Gio. Nicolò Cavana, Patrizio Genoueſe. In Bologna per li Manoleſſi* 1673, 12. i. e. *Bibliotheca Aproſiana, Otium Autumnale Cornelii Aſpaſii Antivigilmi, inter Vagabundos Tabbienſes nomine* Aggirato *appellati. Ad Illuſtriſſ. Jo. Nicol. Cavanam, Patricium Genuenſem. Bononiæ per Manoleſſos.* Cave, credas, per *C. A. Antivigilmium* alium intelligi, quam *Agelicum Aproſium.* Placuit noſtro plerumque ſub fictis ejuſmodi nominibus latere, quod paulo poſt ex vita ejus conſtabit. Ipſum quoque *Antivigilmi* nomen ἀναγραμματικῶς *Vintimiglia*, quæ ejus patria eſt, exhibet. Hinc factum eſt, ut Scriptores Itali, qui de *Aproſio* commentati ſunt, illi ipſi operam hanc acceptam ferrent. Interim negari non poteſt, tum *Introductionem*, quæ Bibliothecæ huic præmittitur, tum *Bibliothecam* ipſam, ita conformatam eſſe, ut incurioſo cuique alius aliquis operam hanc *Aproſio* præſtitiſſe videri poſſit. Auctor enim utrinque *Aproſium* ſub Fratris *Angelici* nomine tanquam hominem à ſe diſtinctum frequentiſſime commemorat, & in illius gratiam hoc labore ſe perfungi tradit. Accipe in exemplum verba, quæ p. 20. leguntur: *Conſtitutum*

tutum erat Fratri Angelico, *concinnare catalogum, vel indicem librorum omnium, quos per quinquaginta & plures annos congeſſerat, ad exemplum ſcilicet eorum, qui Lugdunenſem inter Batavos & Oxonienſem Bibliothecas, ſervato literarum ordine, deſcripſerunt. Ego vero aliter ſentio; ne ſcilicet laborem mihi imponam tædii pleniſſimum, qui ad decies vel duodecies mille libros, diverſæ formæ ordiniſque, deſcribendos requiritur. Itaque ſecundum literarum ordinem illorum nomina, qui liberales ſe in eum præſtiterunt, appellabuntur, ſubjectis libris, quos donarunt &c.* Eodem conſilio Dedicationem ad *Jo. Nic. Cavanam* præmiſit *Laurent. Legatus* noſtro amiciſſimus. Interdum tamen ſcriptor libri ita de ſe loquitur, ut *Aproſium* ipſum de ſe loqui intelligas. Sic p. 136. hujus verſionis neminem ait *Aproſium* ſe noſſe rectius, qui cum eo edat, bibat, dormiat.

Omitto alia hujuſmodi, nec dubito, *Aproſium* aliam perſonam eo conſilio induiſſe, ut modeſtiæ pudorique ſuo rectius conſuleret, ſi quando occaſionem, quam ſedulo amplectitur, de ſe meritiſque ſuis aliquid commemorandi nanciſceretur. Ratum igitur hoc eſto, librum illum ipſius *Aproſii* curis calamoque deberi.

Ille vero in duas abit partes. Prior *Introductionis* vicem præſtat. Inſcriptio ita habet: *Occaſio ſcribendi ad* Laur. Legatum, *Doctorem Medicum Cremonenſem, Apollinis filium & Muſarum alumnum.* Profertur illa uſque ad p. 261. voluminis. Occupatur vero in *Aproſii* vita, itineribus, ſcriptis eorumque adverſariis, amicorum rebus, fatisque Bibliothecæ Aproſianæ ediſſerendis. Tot vero & nonnunquam tam alienis ab inſtituto digreſſionibus, quamvis non ineruditis, ſcatet, ut legenti tædium fere afferat. Verum eſſe deprehendi B. *Placcii* l. c. p. 61.

p. 61. judicium: *Ipſius*, inquit, *operis pars I. uſque ad p.* 261. *habet Vitam* Aproſii, *minutiis etiam cœnarum & prandiorum, & aliis itinerum extenſam, ut & putidiſſimis maledictis in noſtros Theologos, occaſione qualibet inſperſis, digreſſionibus multis & longis, ac ſæpiſſime non tempeſtivis, certe non neceſſariis, formulisque loquendi ſæpe ſervilibus tædioſam; ut ſubinde legens illam obiter & deſultorie optaverim* Aproſio *alium adjutorem*. Eadem eſt *Niceronis* in *Memoriis* ſeu *commentariis ad hiſtoriam eruditorum ſpectantibus* Tom. XX. p. 103. de hoc opere ſententia. *Multa*, inquit, *ſingularia nec alibi temere obvia complectitur: dolendum vero eſt, ordinem adeo eſſe neglectum, & chaos quaſi quoddam repræſentari.* Hanc itaque libri partem, quam Latine converſam itidem in promtu habeo, penitus omittendam eſſe cenſui, ut Lectorum otio, quoad poſſem, rectius conſulerem. Poſterior libri pars a p. 262. ad paginam 666. producitur, quam ſequitur *Bibliotheca Aproſiana à Pet. Franc. Minozzio* carminibus variis deſcripta cum indice uſque ad p. 733. Atque hæc quidem, Lector, tibi heic ſiſtitur, novo prorſus exemplo ab Auctore ita concinnata, ut aliorum in ſe & Bibliothecam ſuam liberalitatem gratus agnoſcere, aliorum autem excitare videretur. Sic enim, quod in ſuperioribus ſubinnui, rationes inſtituit, ut nomina eorum, qui libros ſibi vel plures vel unum etiam donaverant, * facto a prænominibus initio, ſecundum literarum ſeriem una cum vitæ genere, rebuſque geſtis & muneribus &c. deſcriberet, ſubjectis librorum, quos illi dederant, titulis. Neque vero & hic deſunt frequentes & interdum quoque alieniores, ſed eruditæ tamen, digreſſiones.

* *Eorum omnium index poſt Dedicationem in limine libri legitur.*

greſſiones. Aliæ enim ad vitam, virtutes & merita Virorum eruditorum ſpectant, aliæ ad libros eorumque conditionem & hiſtoriam referuntur, aliæ alia capita perſequuntur. In his convertendis ita verſatus ſum, ut nonnulla ad inſtitutum prorſus non pertinentia, facto ad marginem indicio, omitterem, & parentheſes longiores, quas Italorum more amat noſter, in dicendi rationem magis perſpicuam converterem. Titulos librorum *Italicos* vel *Hiſpanicos &c.* Latinos feci, ut plurium intelligentiæ paterent, ſubnotata tamen lingua illa, qua prodierunt. Cumque in iis deſcribendis longiorem eſſe intelligerem Auctorem, qui & eos, quibus dedicati erant libri, una cum eorundem dignitatibus commemorare non neglexerat, his quidem omiſſis, ea tantum attuli, quæ ad perſpiciendam libri conditionem ſufficerent. In Notis id egi, ut nunc appareret, qui Scriptores de viris eruditis, a Noſtro commemoratis, fuſius ſint commentati: nunc vero conſtaret, quid ab Auctore vel dubie, vel minus recte tradatur. Dolendum eſt, operam hanc, quam uſque ad literam C tantum perductam eſſe vides, ad finem non perveniſſe. Quod ſi Auctor reliquas *alphabeti* literas eadem ratione perſequi conſtitutum habuit, non jam uno alterove, ſed pluribus utique tomis opus fuiſſet. *Gregor. Leti* Parte IV. Italiæ Regnantis p. 379. teſtatur, relatum ſibi eſſe, brevi fore, ut ſecundum, tertium, quartum, quintum, ſextum, imo plura volumina in lucem proferantur. Volumen Secundum allegat *Libanorius*, Abbas, Parte III. Ferraræ Aureæ p. 59. teſte eodem *Leti* l. c. qui & oculis ab eo uſurpatum illud, quamvis *ἀνέκδοτον*, fuiſſe ſuſpicatur. Manu illud exaratum extare apud Italos dubitari non poteſt. Nam *Chriſtianus Theophilus Ungerus*, *ὁ μακαρίτης*, Paſtor quondam in Sileſia Herrenlaurſchizienſis meritiſſimus,

ex

ex cujus Bibliotheca libellum hunc nactus ſum, in limine exempli ſui ex literis *Antonii Magliabechii*, an. 1705. V. Novembr. datis, hæc ſcripſerat: *Tomus II.* Bibliothecæ Aproſianæ *lucem neutiquam vidit, manu tamen exaratus una cum aliis nonnullis apud* P. Dominicum Antonium Gandolfum, *Auguſtinianum*, *exſtat, qui libenter illum communicaturus eſt cum Bibliopola quocunque, cui ſumtibus eum ſuis exſcribere volupe fuerit. Gandolfum* hunc dignum eſſe *Aproſii* Succeſſorem, atque copioſiſſimæ hujus Bibliothecæ curam agere teſtatur *Jo. Cinelli* in Bibliotheca Volante Sect. XVIII. p. 32. quemadmodum in Sectione IV. p. 71. tomum hujus Bibliothecæ II. oculis ſe ait uſurpaſſe. Video præterea, *Aproſium* in hoc Tomo I. p. 228. & 235. verſionis meæ ad Tomum II. provocare, ſed ita, ut dubitet, an ad illum vel ſcribendum, vel ex prelo producendum ſatis ſibi vitæ ſit ſuffecturum. Hanc quoque ait eſſe cauſam, cur *Joannis Nicolai Cavanæ* amplam & honorificam mentionem poſt illos, quorum nomine ad literam C. pertinent, faciendam eſſe cenſuerit, ne ſcilicet eam, conſiliis ſuis fruſtratus, prorſus omitteret.

Supereſt, ut de *Aproſio* ipſo nonnulla dicam. Summa vitæ ejus capita ex ipſa illa, quæ *Bibliothecæ* huic præmittitur, *Introductione* ita deſcripſi. ANGELICUS APROSIUS natus eſt *Intemelii* (Vintimiglia) antiquiſſima Liguriæ urbe juxta *Genuam* anno CIↃIↃCVII. III. Kalend. Novembres, Patre *Marco*, & matre *Petronilla*. Pater filio, poſt octo filias primogenito, *Ludovici* prænomen, in Parentis ſui memoriam, impoſuit. Quindecim is annos natus, Parentibus fere invitis, anno M. DC. XXIII. Martii XIX. in Ordinem Eremitarum S. Auguſtini cooptari ſe fecit, & *Angelici* nomen accepit, paucisque diebus poſt Genuam in monaſte-

rium *S. Mariæ à Conſolatione* dictum, tirocinium per annum unum poſiturus, ſe contulit, ibidem poſtea per biennium integrum commoratus. Hinc *Senas* profectus in Monaſterio S. *Auguſtini* ſex exegit annos, eruditiſſimis, qui ibi degebant, viris, familiariter uſus. Inde *Montem S. Savini* translatus Philoſophiam per biennium profeſſus eſt, ibique interiorem cum *Pet. Franc. Minozzio* amicitiam contraxit. Hinc *Genuam* reverſus, triennium integrum & emendis & ſcribendis libris impendit. Ibidem ex conſilio Superiorum an. MDCXXXVII. *Prior Conventus S. Nicolai Claravallenſis* electus, recuſata hac dignitate, itineribus faciendis vacavit, & *Venetias* quoque vidit. Hic vero eruditionem ſuam ita probavit, ut, poſtea digreſſus, an. M.DC. XXXIX. eo ad literas humaniores in *Conventu S. Stephani* docendas vocaretur. Nec abnuit vocantibus, rerumque ſuarum ſede *Venetiis* fixa, occaſionem nactus eſt, cum viris eruditiſſimis, & inter hos advenis, ſpeciatim *Jo. Frider. Gronovio*, aliiſque verſandi. Exſtat hujus *Gronovii* ad *Aproſium* epiſtola Lugduni Batavorum an. 1670. ſcripta, in Introductione ad *Bibliothecam Aproſianam* p. 150. ſeq. quæ & alia ſcitu digna, & indicem ſcriptorum Gronovii tum editorum, tum adfectorum quorundam complectitur. *Venetiis* per aliquot annos commoratus, & a *Spinola*, oblatis ad iter faciendum & libros transferendos ſumtibus, ad patriam repetendam ſollicitatus, uſus eſt ejus conſilio, idemque, Patrono illo ſuo defuncto, variiſque per Italiam locis ante ſalutatis, perfecit. In patriam itaque delatus, tandemque Vicarius Generalis Congregationis Auguſtinianæ Genuenſis S. Mariæ à Conſolatione conſtitutus operam dedit, ut Bibliotheca ſua, multis ſumtibus & Patronorum liberalitate congeſta, Monaſterio *S. Mariæ a Conſolatione* dedicaretur.

tur. Accipe hanc in rem Diploma *Innocentii* X. P. M. anno 1653. datum.

INNOCENTIUS PP. X.

ad futuram rei memoriam.

Conſervationi & manutentioni librorum & ornamentorum Bibliothecæ APROSIANÆ, nuncupatæ Domus Regularis S. Mariæ Conſolationis, ſed a vulgo S. Auguſtini nuncupatæ FF. Congregationis Januenſis Ordinis Eremitarum ejusdem S. Auguſtini civitatis Vintimilienſis, quam dilectus filius ANGELICUS APROSIUS a Vintimilia, dictæ Congregationis Vicarius Generalis extrui, & in dicta Domo collocari curavit, quantum cum Domino poſſumus benigne conſulere, ipſum que ANGELICVM, Vicarium Generalem, ſpecialibus favoribus & gratiis proſequi volentes, & a quibusvis ex communicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus dicti ANGELICI, Vicarii Generalis, nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: ne de cetero quævis perſona, ſive Regularis, ſive Sæcularis, cujusvis gradus, ordinis, conditionis, qualitatis & dignitatis etiam Eccleſiaſticæ, & quacunque auctoritate, ſuperioritate, & officio fungens, etiam individua mentione digna libros, quinterna, folia, ſcripturas, tam impreſſa, quam manuſcripta, picturas, icones, numiſmata, to eumata, tabulas, forulos, & alia quælibet in dicta Bibliotheca, ad illius uſum & ornatum exiſtentia, tam hactenus per dictum ANGELICUM, Vicarium Generalem, donata & aſſignata, quam impoſterum per quoscunque forſan donanda, & aſſignanda, quibusvis perſonis commodare, aut quovis quæſito colore, ingenio, cauſa, ratione, aut occaſione e dicta Bibliotheca extrahere, & aſportare, ſeu, ut commoden-

dentur, aut extrahantur, & exportentur, permittere, aut conſentire audeat, ſeu præſumat; ſub Excommunicationis latæ ſententia, a quo nemo niſi a Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo conſtitutus, obtinere poſſit: & etiam quoad Regulares privationis vocis activæ & paſſivæ per contrafacientes eo ipſo absque alia declaratione incurrendi pœnis Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium interdicimus, & prohibemus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Domus & Congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod præſentis prohibitionis copia in valvis dictæ Bibliothecæ, ſeu alio proſpicuo loco, quo ab omnibus cerni poſſit, continuo affixa remaneat. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris, die XXX. Januar. M. DC. LIII. Pontif. N. An. IX.

Diplomate hoc munitus *Aproſius*, inſtitutum gnaviter urgebat, neque tamen prohibere poterat, quo minus, objectis hinc inde impedimentis, complures anni excurrerent ante, quam res omnis perficeretur. De his legat, cui volupe eſt, *Introductionem* ad Bibliothecam Aproſianam, cum mihi quidem prolixiori eſſe non liceat, qui id tantum agam, ut ſumma Vitæ *Aproſianæ* capita ex eadem deſcripta hic legi poſſint. Cum vero illa ante annum 1673. ab *Aproſio* adhuc ſuperſtite ſcripta ſit, de reliquis Viri fatis nihil a me adferri poteſt, quemadmodum nec ab aliis vitæ ejus Scriptoribus quicquam præterea commemoratum invenio. Interim non dubito, eum ſaltem usque ad annum 1680. inter vivos fuiſſe. Hoc enim anno *Peruſiæ* lucem vidit *Auguſtini Oldoini* Athenæum Liguſticum, in quo p. 29. tanquam adhuc ſuperſtes laudatur. Prodiit etiam *Aproſii* liber de Scriptoribus Pſeudonymis ſub

ſub titulo: *Viſiera alzata*, Parmæ 1619. 12. in quo auctor aliquot abhinc annis obiiſſe traditur.

Scripta noſtri complura exſtant, maximam partem ſub fictis nominibus edita. Nec pauca habuit adfecta, & in literas relata, quæ lucem nec dum viderunt. Iis quidem hic deſcribendis ſuperſedeo, cum alios hac opera nunc obiter, nunc diligentius, videam perfunctos. Illorum accipe indicem. Ex Italis huc ſpectant *Michael Juſtinianus* in Syllabo Scriptorum Ligurum p. 63. *Raphael Sopranes* de Scriptoribus Liguribus p. 21. *Laurent. Craſſus* in Elogiis virorum eruditorum Tom. II. p. 238. ubi & effigies ejus exſtat; Encomiaſtes Academicorum apud Venetos *Incognitorum* p. 29. ſeq. *Gregor. Leti* in Italia Regnante, Parte IV. p. 358 - 410. qui præter ſcripta ejus elogia ab eruditis in noſtrum collata copioſe enarrat, & *Joan. Cinelli* in Bibliotheca Volante Sect. IV. p. 71. XVI. p. 6. XVIII. p. 52. & XIX. p. 58. Video præterea a nonnullis, & ipſo quoque *Oldoino*, afferri *Hieronymum Ghilinum* in Theatro Literatorum, apud quem tamen fruſtra quicquam de noſtro quæſiveris. Similiter nec *Mandoſii* Athenæum Liguſticum exſtat, quod videri jubet *Niceronius* loco mox citando p. 90. & 105. *Oldoinum* utique dicere voluit. His addantur *Philippus Elſſius* in Encomiaſtico Auguſtiniano p. 58. ſeq. *Philip. Labbe* in Bibliotheca Bibliothecarum p. 8. *Pet. Bælius* in Dictionario Hiſtorico Critico, Tom. I. & nuperrime *Niceronius* in commentariis ad hiſtoriam virorum eruditorum pertinentibus, gallice ἀνωνύμως editis, Tom. XXIV. p. 94-105. Ex noſtratibus inprimis conſulendus fuerit *Vincentius*, *Placcius* ὁ μακαρίτης, in Theatro Pſeudonymorum ſub fictis illis, quibus noſter uſus eſt, nominibus; v. c. *Anti Vigilmus*, *Carolus Galiſto*, *Ge-*

Genari, *Marſottus Galiſto*, *Scipio Glareanus*, *Paragerio & Parageſius*, *Sapricius Saprici*, *Jo. Pet. Jac. Villani* & *Robertus*. Sub *Villani* nomine edidit *Viſiera alzata*, ſive Larvam auctoribus Pſeudonymis detractam, quam fere totam habes in Theatro illo Placciano. De illa leges, ſi placet, ſupplementa ad Ephemerides Literarias Venetas Tom. II. pag. 448. ſeq. In his nunc acquieſco. Ita vale, LECTOR, & his partis fruere. Datam Hamburgi Nonis Majis An. CIƆIƆCCXXXIIII.

ERRATA.

Pag. 6. lin. 4. à fin. Marcum Aurelium, leg. *Magiſtrum Aurel.* p. 18. l. 15. euthymema, leg. *enthymema.* p. 21. l. 3. Lecnis, leg. *Leonis.* p. 53. l. 18. Comiets, l. *Comites.* p. 56. l. 10. Aſſectus, leg. *Affectus.* p. 75. l. 23. Idea, leg. *Ideæ.* p. 80. l. 5. è S. S. leg. e S. I. p. 87. l. 16. Pommarivam, leg. *Sommarivam.* p. 92. l. 8. annius, leg. *annixus.* p. 163. l. 8. juncto, leg. *junctus.* p. 163. l. 23. MAROTUS, leg. *MARIOTUS.* p. 173. l. 23. v. e. leg. *i. e.* p. 198. l. 13. facendum, leg. *faciendum.* p. 219. l. 9. Pavonenſis, leg. *Savonenſis.*

Digitized by Google

BIBLIOTHECA APROSIANA.

AUGUSTINUS CALCAGNINUS, Canonicus Pœnitentiarius S. Laurentii, ad Baſilicam metropolitanam Reginæ maris Liguſtici, vir, qui horas ſubſecivas in hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudio ita collocabat, ut *Ferdinandus Vghellus* (a) illi potiſſimum debeat, quæ de Archiepiſcopatu illo tradidit. Dedit ille

(1) *Libros duos de Imagine Edeſſena, ſive de S. Sudario, quod D. N. Ieſus Chriſtus miſit ad Abgarum, Edeſſæ Regem*, cum obſervationibus ſuis hiſtoricis, quibus oſtenditur, eam eſſe imaginem, quæ Genuæ in æde S. Bartholomæi Armeniorum adhuc conſpicitur. Accedit luculenta notitia omnium ſacrorum Sudariorum, effigierum, & ſindonum, quas Chriſtiani religioſe venerantur. Ad Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Principem, Cardin. *Durazzum*, Archiepiſcopum Genuenſem. *Genuæ* M. DC. XXXIX. 4. per Joan. Mariam Farronum, Nicol. Peſagnium & Pet. Franciſc. Barterium. *Ital.*

(2) *Hi-*

(a) *Italiam* Ughelli *Sacram* innuit, in qua frequens eſt *Calcagnini* mentio.

(2) *Hiſtoriam glorioſiſſimi Praecurſoris Domini noſtri, S. Ioannis Baptiſtæ, Protectoris urbis Genuenſis.* In hac enarratur præter vitam eius & mortem hiſtoria reliquiarum eiusdem, quomodo ſcilicet à Genuenſibus vindicatæ & in patriam delatæ, hodie conſerventur, & religioſe colantur. Ad Illuſtriſſimos Jo. Georg. Juſtinianum & Carolum Centurionem D. Ludovici, Priores & Protectores Societatis S. Joannis Baptiſtæ in Æde Cathedrali Genuenſi. Ibidem per Farronum M. DC. XLVIII. in 4. *Ital.*

(3) *Sacras Palmas Genuenſes, h. e. Vitas SS. Martyrum Genuenſium, Deſiderii, Epiſcopi Lingonenſis, & Urſicini Medici, Protomartyris Ravennatis.* Addita eſt narratio ſuccincta, de XVIII. *pueris Iuſtinianis*, P. *Carolo Spinola*, & *Ferdinando Iſola*, ex PP. Minoribus Obſervantibus Reformatis, qui morte ipſa diverſis temporibus locisque ſuam in fide conſtantiam ſunt teſtati. Ex officina Benedicti Gvaſco, M. DC. LV. in 4. *Ital.*

Numini eum ad ſe vocare placuit eo tempore, quo peſtilentia ſæviebat, anno neſcio utrum LVI. an LVII. Poſt obitum ejus D. *Guilielmus Iſola* in lucem protulit tanquam ſcriptum poſthumum

(4) Vitas & martyrium Patrum Rever. *Ferdinandi Iſolæ*, Genuenſis, & *Jacobi Zampa*, Sarnanenſis, ex ordine Minorum Obſervantium Reformatorum, *Genuæ* apud Calenzanium M. DC. LX. 4. *Ital.*

Michael Juſtinianus, Abbas, in de *Scriptoribus Liguribus*, ut manu exaratas affert *Hiſtoriam* eius *Eccleſiaſticam Genuenſem*, & *hiſtoriam gentis Doria.* Vereor equidem, ne illæ cum ipſo perierint. *Raphaël Sopranes*, Scriptor diligentiſſimus, de *Scriptoribus Liguribus* p. 4. obitum ejus in annum LVII. refert, ac præterea illi tribuit

Proteum feſtum, (Proteo feſtante) i. e. carmen in coronationem Sereniſſimi *Georgii Centurionis*, excuſum in eo volumine, quod exhibet Orationes *Pauli*

li Saoli J. C. ſub titulo: *Honores triumphales Reipublicæ Genuenſis, Auguſtini Maſcardi*, & varia poëmata Italica ac Latina *Petri Joſephi Juſtiniani, Pet. Franciſci Guani, Jo. Jacobi Roſſani, Jacobi Bellonii, Valentini Borzonis, Jo. Bapt. Marchetti, Gab. Ciabreræ, Angeli Groſſi, Julii Guaſtavini, Fortunii Liceti, Bernardi Morandi, Marii Columnæ*, ex Dominis Ornanenſibus, *Franc. Pallavicini, Annibalis Campeggii, Dominici Carregæ, Tobiæ Negronis, Pet. Anton. Pallavicini, Sinibaldi Ferrarienſis, Marii Saoli*, cum pluribus aliis, quorum agmen claudit feſtivum carmen dialecto Genuenſi compoſitum: *Balin Ambaſiào dri Peſcuti a ro Sereniſſimo Zorzo, Centurion Druxe dra Repubrica de Zena*, auctore *Joanne Jacobo Cavallo*. Præmittitur emblema, quod celebratiſſimo *Luciano Borzoni* debetur, Perſei nempe effigies, ſcutum ſiniſtra tenentis, dextro autem pede caput Meduſæ conculcantis, altera verò manu lapidem quadratum ſuſtinentis, addito hoc lemmate: *In coronationem Sereniſſ. Georgii Centurionis.* Genuæ per Joſephum Pavoni M. DC. XXII. in 4. In ſpecimen ſtyli hæc accipe:

Là vè more il Biſagno in grembo a Dori
Che bevendol gli da tomba nel ſeno,
Mentre i novi del Sol dubbi ſplendori
Fean tremolare il mar gueto e ſereno,
Tratto già de lo ſpeco humido fuori
L'armento ſuo, Proteo di gioja pieno
In mar ſù duro ſcoglio, in cui ſi aſſiſe,
Queſte liete parole eſpreſſe e inciſe.

Juſtinianus loco ſupra citato *Genuenſem* appellat noſtrum, minus quidem recte, niſi eum talem ex longo domicilio habere velimus. Cum enim in *Borgo Tara*, Ducatus Parmenſis opido, natus eſſet, admodum adoleſcens *Genuam* profectus, alumnum Seminarii

egit, id quod docet *Parnaſſus occentus Horatio Spinolæ, S. R. E. Illuſtriſſ. Cardinali, à Genuenſi Seminario datus* Illuſtriſſ. D. D. Joanni Franciſco Brignolæ, Groppoli Marchioni. Genuæ apud Joſephum Pavonem. M. DC. XVI. in 8. inde à pag. 72. ubi ſeptem noſtri epigrammata leguntur.

II.

AUGUSTINUS CARILLUS *Indus.*

Orationes in die S. Auguſtini, Ordinis Eremitarum Patris, & Fundatoris, & Eccleſiæ Doctoris eximii, habitæ à Reverendiſſ. P. M. F. Ambroſio Coriolano ejusdem Ordinis Priore Generali, coram PIO II. & Scut. Max. totoque cardineo Coetu. Opera R. A. P. M. F. *Auguſtini Carillo* de Ojeda Provinciæ Chillenſis ex Provincialis, & apud Romanom Curiam Procuratoris Generalis, è tenebris erutæ, & denuo editæ in lucem. Romæ, anno M. DC. LXII. 4. (*Latine.*)

III.

F. AUGUSTINUS CERMELLUS,

Ordinis Prædicatorum, vir egregiæ indolis, quam demonſtravit in Collegiis Inquiſitionis, primum quidem *Ferrarienſi*, poſtea *Genuenſi*, inde à Decembr. M. DC. LII. usque ad Februarium anni M. DC. LXI. unde ad Inquiſitionem *Faventinam* digreſſus eſt, ubi adhuc verſatur. Hic F. *Angelico* amiciſſimus, quem ſcilicet Vicarium in dioeceſi *Vintimilienſi* habebat, amorem ſuum, donatis ſcriptis quibusdam ſuis, teſtatum illi fecit. Sunt illa:

(1) *Monita Prælatorum F. Auguſtini Cermelli,* Ord.

Ord. Prædicat. S. Theol. Mag. & Inquiſitoris Genuenſis, olim Romæ (*b*) impreſſa, nunc per eundem SS. PP. Sacræ Scripturæ, variis doctrinis, hiſtoriis & ſcientiis aucta. Genuæ apud Joan. Mariam Farronum, M. DC. LV. 8. (*Lat.*)

(2) *Regularis.* Series ab humanitate ad Dei præcepta, inde ad conſilia progreditur, quorum cauſa de religionis ingreſſu, progreſſu & egreſſu diſſeritur. Romæ typis Franc. Monetæ. M. DC. LIX. 8. (*c*) (*Lat.*)

(3) *Princeps Catholicus.* Genuæ, (*d*) typis Benedicti Gvaſchi. M. DC. LVII. 8. (*Lat.*)

(4) *Vita primi & maximi Doctoris Eccleſiæ Sacratiſſimi Hieronymi* Em. & Reverendiſſ. D. de Cardinali de Albornoz dicata. Ferrariæ apud Joſephum Gironii, Typographum Epiſcopalem. M. DC. XLVIII. 4. (*Lat.*)

(5) *Duodecim ſacri Dominicanæ Familiæ Cæſares, cum aliis ſacris Encomiis alibi iam impreſſis.* Venetis apud Jo. Baptiſtam Ceſtarium. M.DC. LII. 4. (*e*) (*Lat.*) Cum

(*b*) *Romæ* 1652. 12. Secundum *Quetiſium* loco mox citando.

(*c*) Omittit hunc libellum *Quetiſius.*

(*d*) *Romæ* 1657. ſecundum eundem ex Biblioth. Barberina.

(*e*) Et hunc librum omittit *Quetiſius*, niſi idem fuerit cum *Sacris Canticis in laudem variorum Sanctorum, & in præcipuis ſolemnitatibus anni*, quæ a *Rovetta* ad an. 1677. ait commemorari. Addidit idem *Quetiſius Catenam* in *Jobum* ex SS. Patrum Scriptorumque Eccleſiaſticorum ſententiis concinnatam, *Genuæ* 1633. fol. Romæ in Barberina & Caſanatenſi Bibliotheca exſtantem. Quæ vero hæc in Jobum Catena ſit, ignorare me fateor. Ceterum noſtrum annum 1677. vivendo attigiſſe, idem teſtatur in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Prædicatorum Tom. II. p. 669

Cum vero hoc omne liberalitati ſuæ non reſpondere videretur, ceteris addidit

(6) *Hippocratis Magni Coacæ Prænotiones.* Opus admirabile in tres libros tributum. Interprete & Enarratore Ludovico Durero, Seguſiano. Ad Henricum III. Galliæ & Poloniæ Regem Chriſtianiſſimum, Pariſiis apud Jac. Dupuis, via Jacobaea, M. D. XXCVIII. in fol. Græco-Lat. Hæc editio erat tunc rariſſima, qualis eſſe deſiit paulo poſt, cum ibidem recuderetur per Caſp. Meturas M.DC.LVIII. in folio.

IV.

AUGUSTINVS CULTELLINUS.

Tertium luſtrum nondum exegerat, cum, præeuntibus doctiſſimis Patribus Dominicanis, conſuetum Scientiarum curriculum penitus abſolviſſet, quod ipſe teſtatur in Introductione ad *Roſarium Coronæ Poëticæ*, & *in Oratione funebri Gherardi* p. 20. cumque conſtitutum haberet, foro ſe dare, audiebat Inſtitutiones D. *Laurentii Simonis*, Peſcienſis, qui mortem denique Romiti ad montem Senarium obiit. Itaque easdem poſtea aliis prælegens fundamentum iaciebat eruditæ ſocietatis, adjungendo ſibi Academiam *Apathiſtarum*, quæ continuo Italorum & Ultramontanorum plauſu & elogiis excepta eſt, ex quibus centum aliis præſtat illud elegantiſſimi *Nicolai Heinſii* in Dedicatione libri II. *Italicorum* ad eruditiſſimum *Carolum Dati*, quod legitur p. 171. Poëmatum, Lugduni Batavorum an. M. DC. LIII. 12. apud Elzevirios editorum. Poſtea in ſcientia Iuris doctorem habebat celebratiſſimum *Marcum Aurelium Galvanum*, Ferrarienſem. Eum cognitum non habeo, niſi ex fama, ſed illa non mendace. Cognitum etiam habeo *Paganinum Gaudentium*, Helvetium, ut

Cri-

Criticum primi ordinis, qui omnibus habetur, imo ut vario doctrinæ genere inſtructum, qualem ſe in commentationibus ſuis præſtat. Quamvis enim aliquando in diſputatione de cambiis cum Genuenſi quodam, præſente Magno Duce, *Ferdinando* II, immortalis memoriæ, cauſa caderet, non deſinebat eſſe *Paganinus Gaudentius*, h. e. vir literatiſſimus. Audiamus itaque, quæ de noſtro dicit in libro *Novorum Epigrammatum*, quæ prodierunt cum *Obſtetrice Literaria*, (mallem dicere *mammana*, vel *raccoglitrice*, ut vocis (*oſtetrice*) ambiguitatem caverem, Florentiæ enim *oſtetrice* aiunt eſſe *præfectam puellarum*; ſed barbaro mihi eſſe placuit, ne à titulo longius diverterem) p. 105. Editionem tacere poſſum, cum non putem eſſe niſi unam; aliis tamen ſatisfacturus, addo, prodiiſſe librum ex officina Amatoris Maſſæ & Sociorum, Florentiæ M. DC. XXXVIII. (*f*) in 4. Epigr. XXI.

Ignavi mala pars ſecli per devia fertur
Gloſſarum rudibus per loca ſenta libris.
Hinc ſteriles animis iuvenum innaſcuntur avenæ,
Regnat iners lolium, cum tribuliſque filix.
Horrida barbaries dat jura haud aequa per urbes
Romuleas doctum dedidiciſſe forum.
Rarae animae exquirunt generoſa indagine leges,
Heu rarae Maſurî lemmata rubra notant.
Hos inter, GALVANE, nites digniſſimus aevo,
Quod Celſum, & Paulum, quod Labeona tulit.
Usque adeo antiquae potes aurea tempora Romae,
Prudentum usque adeo pandere dicta potes.

Quo

(*f*) *Obſtetrix* illa *Literaria* recuſa poſtea eſt Ienæ 1704. 12. opera *Georgii Nicol. Kriegii*, ſed ſine *epigrammatibus*, quorum unum alterumve tantum in calce exhibetur.

Quo anno ille una cum tribus aliis, ſublimis ingenii hominibus, nominatim *Iulio Guaſtavino*, Genuenſe, *Scipione Claromontano*, Nobili Caeſenate, & *Laelio Mancinio*, de Monte Pulciano, Canonico, Piſa abiit; ægre ferens disceſſum, (*Gaudentius*) dodecaſtichum hoc effinxit p. 130. num. LIX. legendum:

Uno eodemque anno noſtrum liquere Lyceum
Bis duo, doctrinae pectora plena Viri.
Iulius hinc fractus ſenio, fractusque labore,
Ad Ligures abiit, laetaque regna Iovis.
Scipio *ſiderei* Clarus *cognomine* Montis
In propria mavult delituiſſe domo.
Galvanus *Firmum noſtris diſceſſit ab oris*
Ingens legiferae gloria lausque Deae.
Mancinus *potuit penetrare Antenoris urbem,*
Romulidum ut Leges ſacraque jura colat.
Horum hominum viduata die Sapientia languet,
Moeſtitiaeque gravi pondere preſſa jacet.

Anno M. DC. XLI. d. XXVI. Octobr. *Patavium* ad docendas leges evocatus fuit cum ſtipendio DCCCC. L. florenorum, & centum aliis in ſumtus itineris, primum una cum *Alexandro Sinclitico* locum occupaturus. Anno M. DC. XLVIII. d. V. Februarii confirmatus in hoc loco fuit cum ſtipendio florenorum MCL. anno vero M. DC. LI. in primum *Sinclitici* locum ſucceſſit. Teſtem habeo *Tomaſinum* lib. II. cap. X. Gymnaſii p. 253. qui de eodem in fine capitis IX. p. 251. ita ſcribit: M. DC. LI. VII. Martii M. Aurelius Galvanus, *Ferrarienſis, hanc principem ſedem obtinuit cum florenis M. C. L. vir integerrimus ac ſtudioſiſſimus, qui eruditiſſimi patris exemplo dicendi elegantiam cum antiquitatis notitia, clariſſimis ingenii monumentis conjunxit, inter quae hodie leguntur elegantes de*

Uſu-

Uſufructu diſputationes. Optimus hic Præſul, mori ſuo convenienter tituli librum deſcribere neglexit. Is vero ſic habet: *Aurelii Galvani de Uſufructu Diſputationes variae.* Patavii, typis Frambotti M. DC. XLIX. fol. A vino ad octavum & decimum ætatis annum abſtinuerat, cumque præterea teneri eſſet habitus, & ab ungviculis invaletudini obnoxius, divinum beneficium interpretandum eſt, quod tot laboribus ferendis par fuerit. Id vero mihi teſtatus eſt amicus mihi familiariſſimus, cujus fidei multum tribuere poſſum, qui eum apprime perſpectum habuerit. Poſtero tempore lauream nactus eſt Piſis ab Equite *Franciſco Stufà*, cujus nomen legitur in Serie *Senatorum Florentinorum*, à *Ferdinando Leopoldo del Migliore*, de quo convenientiore loco dicemus, collecta, usque ad anno M. DC. XLIX. Hinc ad cauſas perorandas converſus, juvenis admodum Conſultor & Cenſor Sancti Officii fuit conſtitutus. Adultior factus ad officia Magiſtratus primaria fuit admotus, eorumque maxima parte perfunctus, illis ſpeciatim, quæ à Palatio appellantur. Id accepi ex Tomo I. Elogiorum Illuſtris *Octavii Boldonii*, Nobilis Mediolanenſis, qui pileolum Patrum Bernabitarum cum mitra Epiſcopali Eccleſiæ Cathedralis *Teanenſis*, (quod Campaniæ, Felicis opidum eſt, ad radices montis Maſſici in colle ſitum,) permutavit, tandem vero in locum *Leonis Allatii*, immortalis memoriæ viri, primus VaticanæCuſtos eſt conſtitutus.

A *Ferdinando Carolo*, Auſtriæ Archiduce, literas habuit noſter, Conſiliarii dignitatem ipſi conferentes, quemadmodum à *Joanne Carolo*, & *Carolo*, Principibus Cardinalibus Toſcaniæ, illam Advocati accepit. Conſulatu Academiæ Florentinæ quartum eſt perfunctus, quæ quidem dignitas hoc pluris æſtimatur, quod omnibus magiſtratibus, ſi ſupremum exceperis, eminet, & privilegiis inſignibus

à munificentia Magni Ducis, Coſmi I. conceſſis, perfruatur. Pergit adhuc hodie privatas habere prælectiones, adminiſtrat Academiam cum dignitate Auditoris perpetui, & ſemper aliam atque aliam provinciam ſuſtinet. Multa in lucem edidit, quæ maximam partem tum ab ipſo Auctore, tum ab amicis donata, in Bibliotheca Aproſiana inveniuntur, mox recitanda. Non deſunt autem præterea alia, eaque vel prelum exſpectant, vel affecta habet, in memoriam ſibi revocans monitum verſus, à *Salmaſio* in Exercitationibus Plinianis ad Solinum p.5. col. 2. *Horatio* tributi

Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit.

Sed fallitur ille, cum apud *Horatium* non alia *linea* legatur, quam cujus eſt mentio in ultimo verſu epiſtolæ XVI. ad Quintium:

Mors ultima linea rerum eſt.

Idem iam monuit *Carolus Datti* in obſervationibus (*Poſtille*) ad Vitam Apellis, VII. p. 107. (quæ manibus meis neſcio qui ſe commode offerunt,) hæc eidem verſui ſubjungens: *Qui non eſt* Horatii, *nec alterius Poetæ Latini veteris, ſed fortaſſe, ex verſibus illis proverbialibus, qui hominum ore, ſine cognito auctore, frequentantur.*

Ceterum nonnulla ſcripta (*Cultellini*) nomen præferunt *Oſtilii Contalgeni.* (g) Numen illi & vires ſufficiat ad perficienda, quæ ingreſſus eſt, & ætatis annos, ut formis ea deſcripta conſpiciat.

Diſcurſus Sacri Auguſtini Coltellini, Academici Apa-

(g) Quæ ſub ficto hoc nomine edidit, ea indicat *Aproſius* noſter in *Viſiera alzata* p. 23. ſeq. & *Leti* loco mox adferendo.

Apathiſtæ. Ad Ferdinandum II. Magnum Ducem Toſcaniæ, Florentiæ per Landos M. DC. LIV. 12. (*Italice*) His continentur

(1) *Aurora bella*, ſive Nativitas B. Virginis. Ad Victoriam della Rouere, Ducem Magnam Toſcaniæ. Florent. per Andr. Maſſi M. DC. LIII. 12.

(2) *Legatio magna*, vel Annunciatio Virginis. Ad Guilielmum Vitum, Senatorem, Nobilem cameræ Magni Ducis Toſcaniæ. *Ibid.*

(3) *Præcurſor* (furiere) *Meſſiæ*, ſive edictum præfationis ad Nativitatem Salvatoris. Ad Valentin. Fatinolam, Auditorem &c. *Ibid.*

(4) *Æternus, initium capiens*, ſive, Incarnatio verbi. Ad Joan. Vincentium Salviati, Marchionem. *Ibid.*

(5) *Exceſſus amoris & miraculi*, ſive Natalis Jeſu Chriſti. Ad Mariam Chriſtinam Malaſpina, Monialem S. Marthæ. *Ibid.* M. DC. LII.

(6) *Diſcipulus dilectus*, ſive, Joannes Evangeliſta. Ad Sigiſmundum Franciſcum Archi ducem Auſtriæ. *Ibid.*

(7) *Lapſus glorioſus*, ſive, Converſio S. Pauli. Ad Sereniſſ. Principem Leopoldum Toſcaniæ. Florentiæ &c.

(8) *Exploratio hominis magna*, ſive, Tentatio. Ad Jo. Baptiſtam Gondi, Senatorem & primum Secretarium Status Magni Ducis Toſcaniæ. Ibid. anno M. DC. LIII.

(9) *Specimen gloriæ*, ſive, Transfiguratio. Ad Alexandr. Venturi, Archidiac. Florentiæ, & Auditorem Eminentiſſ. Cardinalis *Caroli. Ibid.*

(10) *Mutus loquens*, vel, Peccator pœnitens. Ad Rever. Hiacynthum Galeotti, Abbatem, &c. *Ibid.* M. DC. LII.

(11) *Correctio mortis*, (miglioramento della morte) ſive, relapſus peccatoris. Ad Philippum Niccolini Marchionem. *Ibid.* M. DC. LIII.

(12) *Con-*

(12) *Condimentum ſpirituale*, ſive, Benedictio menſæ. Ad Coſmum Medicem, Magnum Ducem Toſcaniæ. *Ibid.*

(13) *Præſens, quod non præterit*, ſive, Æternitas. Ad Ferdinandum Carolum, Auſtriæ Archiducem. M. DC. LII.

(14) *Spectacula myſterii plena*, ſive, miſeratio creaturæ in morte Creatoris. *Ibid.* M. DC. LIII.

(15) *Gratia condemnans*, ſive ſermo contra abuſum Sanctiſſ. Sacramenti Altaris. Ad Pet. Hieronymum, Senatorem. *Ibid.*

(16) *Mors vitam praeſtans*, vel, narratio de perpeſſione Salvatoris. Ad Mariam, Mantuæ Ducem. *Ibid.*

(17) *Fundamentum fidei*, ſive, Reſurrectio. Ad Cardinalem Carolum. Ibid.

(18) *Porta ſalutis*, ſive, Jeſus Chriſtus Salvator. Ad Marchionem *Coppoli.* M. DC. LIII.

(19) *Anima mundi*, vel, Spiritus Sanctus. M. DC. LII.

(20) *Anniverſarium magnum*, ſive, Memoria defunctorum. Ad *Franc. Nerli*, Archiepiſcopum Florentinum.

Exercitia Spiritualia. (Ital.) Ad Victoriam dalla Rouere, Magnam Ducem Toſcaniæ. *Ibid.* per Onuphrios. M. DC. LXI. 12.

(1) *Ars Salutis*, ſive inſtitutio recte vivendi, præceptis comprehenſa. Ad Alexandrum VII. P. M. Florentiæ per Landum Landi. M. DC. LVII. 12.

(2) *Unio cum Deo*, ſive Exercitia pro Confeſſione & Communione. Ad Annam Toſcanam, Auſtriæ Archiducem. *Ibid.* M. DC. LIV.

(3) *Unio cum Virgine.* Ad Marianam Auſtriacam, Electricem & Ducem Bavariæ. *Ibid.* per Bernardum. M. DC. LIX. 12.

(4) *Refectio Peregrinorum.* Ad Adelaidem Sabaudiæ, Electricem Bavariæ, Florentiæ per Evangeliſtas. M. DC. LXI. (5) *Pre-*

(5) *Preces ſupplices*, (Memoriale) *adflictorum*, ſecundum editæ per Landos. M. DC. LIV.

(6) *Apparatus ad magnum iter*, ſive Gradus Paſſionis, qui recitantur ſingulis diebus Dominicis in aede Jeſuitarum, cum aliis precibus, ad beatam mortem à Jeſu Chriſto, intercedente Maria Virgine, impetrandam. Cum paraphraſi Italica. Ad Petrum Hieronymum, Senatorem & Secretarium Magni Ducis, per Franc. Onofrium. M.DC.L.XI

(7) *Suppetiae moribundorum.* Editio IV. ad Scipionem Capponi, Senatorem & Marchionem. Per Landos. M. DC. LVIII.

(8) *Suffragium Defunctorum.* Ad Margaretham Toſcanam, Parmae ducem. Ut ſupra M.DC.LV.

(9) *Miniſter Dei & Principis*, agnitus in Vita *Braccii Manetti*, Nobilis Florentini. Ad Ferdinandum II. Magnum ducem Toſcaniæ. *Ibid.* M. DC. LIV.

(10) *Civis Academicus*, agnitus in Vita *Zanobii de Juliano Hieronymi*, Nobilis Florentini. M. DC. LVI.

(11) *Religioſus civilis*, in hac & futura vita beatus, in vita S. *Philippi Nerii* agnitus. Ad Ferdinandum Mariam, Electorem & Ducem Bavariae. Per Evangeliſtam & Martinum. M. DC. LXIV.

(12) *Medicina univerſalis*, ſive, Sanctiſſimum Roſarium. Ad Margaritam Louiſam Aurelianenſem, Principem Toſcaniæ. Ut ſupra.

(13) *Miraculum Sanctiſſ. Sacramenti*, quod evenit apud S. Ambroſium Florent. an. M.CC.XXX. Ad Ferdinandum II. Toſcaniæ Ducem. Ex officina Sereniſſ. Celſitudinis.

(1) *Rhythmi jucundi*, Oſtilii Contalgeni, Academici Apathiſtae. Ad *Carol.* II. Ducem Mantuæ & Montisferrati &c: *Abſit à jocorum ſimplicitate malignus interpres.* Mart. lib. I. ad Lectorem. *Ibid.* per Maſſam M. DC. LII. 12. (*Italice*, ſicut & ſequentes.)

(2) *Le-*

(2) *Lectio* ſuper carmen M. *Franciſci Berni.*

Chiome d'argento fine, irte & attorte.

Ad Deſiderium Montemagni, Secretarium Status &c. Per eundem M. DC. LI. 12.

(3) *Senex praelatus.* Joco ſerium. Ad Gerini Marchionem. M. DC. LII. 12

(4) *Hendecaſyllabi Fidentiani.* (Latine) Pars II. ad Jo. Baptiſt. Tozi, Secretarium Sereniſſ. Ducis. Ut ſupra M. DC. LII. 12.

(5) *Mantiſſa Fidentiana.* (Latine) Ad Franc. Redi. Per Eranc. Onofri. M. DC. LXIX. 12.

(6 *Aenigmata.* Ad FerrantemCapponi, Nobilem & Senatorem. Ut ſupra.

(7) *Paraphraſis precationum*: Victimae Paſchali, &, Veni Sancte Spiritus. Ad eundem, ubi ſupra.

(8) *Paraphraſis precationis*: Dies irae dies illa. Ex officina *della Stella.* M. DC. LXX. 12.

(9) *Inſtitutio Novitiorum*, ut in Notariorum numerum recipi poſſint. Ibid. ex officina Sereniſſ. Celſitud. M. DC. LXV. 4.

(10) *Succincta delineatio officii Secretarii.* Ad Coſmum, Principem Toſcaniae. Ut ſupra. M. DC. LXX. 12.

(11) *Rhythmi ſacri.* Ad Adelaidem Sabaudiae, Electricem & Ducem Bavariae. Ut ſupra M.DC. LXVII. 12.

Nec ſatis habuit ſua in lucem edere, ſed & aliorum commentationibus eandem operam praeſtans, amicis ſuis, ut idem facerent, auctor exſtitit. Propterea ſuperioribus haec addes:

Epinicium Ludovico, Francorum Regi Chriſtianiſſimo, ob receptam Rupellam, repulſamque Anglorum claſſem. Jo. Baptiſtae Doni. *Lat.*

Praefatio in Academia Humoriſtarum habita ante recitationem. Ode XVI. Cal. Januar. *Lat.* Romae

mæ ex Typogr. Rev. Cam. Apoſtolicæ. M. DC. XXVIII. 8.

Sunt, qui hos eſſe dicant libellos. Et fortaſſe eos vendi voluerint ad pondus, ad quod caro maialis alicujus æſtimatur. Aliter vero ego judico. Memini enim ejus, quod *Athenaeus* in limine libri III. de *Callimacho* Grammatico refert: Τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. *Magnum librum magno malo parem eſſe dicere ſolebat.* Secundum *Natalem de Comitibus*, cujus liber Lugduni per Sebaſt. Bartholom. Honoratum M. D. LVI. 8. prodiit, unusquisque mihi de illis (libellis) dicere poſſe videtur, quod de carminibus *Andreae Dazzi*, p. 123. editionis Florentinæ per Leonardum Florentinum an. M. D. XLIX. in 8. dictum eſt:

Sim licet exiguus, Lector, ne ſperne libellum:
Pellege, mox dices: grandis ut iſte liber!
Ima probat moles: formae vis maxima ſummis:
Sic vincit Parias Indica gemma molas.

A pluribus laudatus eſt noſter, ex quibus pentadem afferre mihi ſuffecerit. Primus eorum ſit *Nicolaus Heinſius*, magno Patre major filius. Cum enim in funere *Braccii Manetti*, Patricii & Mathematici Florentini, dixiſſet, *Heinſius* ſequens epigramma fecit, quod ultimum in Poëmatibus locum occupat:

Praeſidium qui mite fuit, dum vixit, egenis
Baccius, & largas ſic bene trivit opes.
Vranie aethereos dederat cui noſſe receſſus,
Aſtraque, & amotos viſere mente Deos.
Mœrorem exſtinctus deſideriumque reliquit
Grande ſui patriae, pauperibusque ſui.
Exequiis meritos dat CULTELLINUS *honores:*
Vivere dat tanto poſt ſua buſta viro.

Ma-

Materiae par eſt facundia. Scilicet alter
Tam bene laudandus, quam bene vixit, erat.
Alterius ſed palma prior; qui praeſtat, Amici
Ne lateat pietas haec pietate ſui.

Succedat illi *Legatus* Apollinis in *Agreomeleide* ſua ingenioſiſſima, in qua v. 709. hoc lego:

Et CULTELLINUM *dio modulamine clarum.*

Medius locus apud omnes gentes eſt honoratiſſimus, & ſenibus alias primus tribuitur locus; quam quidem in rem eruditiſſimus *Niſieli* in *Obſervationibus* ſuis de *civilitate* (di Creanze) quæ Florentiæ apud Pet. Neſti ad inſigne Solis, M.DC.XXXIII. 12. lucem viderunt, Num. LXX. p. 46. duodecim Scriptorum effata affert. At idem ille non ſine ratione exclamat: *O ſeculum plumbeum! ubi pluris aeſtimatur vellus aureum, quam coma argentea.* Quod ne & nos feriat, tertium locum, qui medius hic fuerit, dabimus *Montalbano*, Encyclopædias peritiſſimo. Ille vero in *Dendrologia* ſua eruditiſſima libro II. p. 654. ita: Auguſtinus Cultellinus *in omni doctrinae genere verſatiſſimus.* Quod ad duos reliquos attinet, in iis afferendis ſequemur ordinem, quo ſcripta eorum prodierunt. Quartus itaque ſit elegantiſſimus *Fridericus Nomius* qui Odam ſuam de *Lingua Toſcana* p. 19. ita finit:

Tu, che negli anni primi
Guida mi foſti all' Apollinea reggia
Nuovo Agoſtino, al Mauritano eguale:
Che lo Spartano ſale
M'inſegnaſti ad oprare, ond' altri veggia
In me più del parlar ſenſi ſublimi;
Tu che le Muſe in tua magion difendi,

La

La mia difeſa or prendi:
So guerreggia per me de' tuoi lo ſtuolo,
Gli Ariſtarchi non temo, e audace io volo.

Ut finem faciam, *Franc. Alphonſus Donnoli, Montalcini*, urbis, gloria, fortis non minus in Apollinis, quam Aeſculapii caſtris miles, Odam multo ſale perſperſam, & noſtro inſcriptam, quæ ingratum hominem caſtigat, ita finit p. 144.

Qui l' infelice tacque,
Mà di querela tal la colpa è lieve,
Altr' errore, Agoſtino, il mondo prova,
Piu tirannica nacque
Trà noi l'ingratitudine e piu greve,
Oggi à molti ſi nuoce, a niun ſi giova:
Scorteſe ſi ritrova
Ogn' alma, benche grande, e di divina
L' umana dignità reſa è ferina. (*b*)

V.

F. AUGUSTINUS GASTUS

Magiſter in Theologia, Vicarius Generalis Congregationis S. Mariæ de Conſolatione Genuenſis. Mo-

(*b*) Plura de *Cultellino* hoc, qui anno 1693. 26. Aug. ætatis uno ſupra octogeſimum obiit, lege apud *Gregorium Leti* in Italia regnante Parte III. lib. 4. p. 377. ſeq. & *Jo. Cinellum* in Bibliotheca Volante, Sect. XIV. Tomo *III.* Muſei Minervæ (*Galleria di Minerva*) p. 266. item in Notitiis Literariis & Hiſtoricis virorum illuſtrium Academiæ Florentinæ Part. I. p. 364. ac denique in *Salvinii* Faſtis Conſularibus Academiæ Florentinæ p. 593-596. p. 606-614. p. 620. & p. 633

Monachum induit *Caſtellacii*, in Lombardia, ubi monaſterium eſt, ſub provincia Mediolanenſi, indeque ad Novitium ſe probandum Genuam in Conventum, a Conſolatione dictum, delatus eſt. Hujus loci amore captus ibi hærere cupiebat. Nec Patres, cognitis in ipſo ingenii eximii, &, quod plus valet, bonæ mentis ſeminibus, cum Profeſſionis tempus inſtaret, eum ad ſe recipere dubitarunt. Nec vana erant præſagia: neque enim, quod hodie fieri videmus, mane clarum ante, quam in veſperam inclinaret, procelloſam tempeſtatem adferebat. Imo vero per omnes ludi literarii gradus, nominatim Magiſtri Studioſorum, Reſpondentis & Rectoris provehebatur, neque talem ſe præſtabat, qui vix euthymema aliquod, nedum ſyllogismum, noſſet repetere, Multo minus ipſi, cathedræ adſiſtenti, opus erat teſtimoniis, quibus fidem faceret, ſe ordini ſuo non fuiſſe dedecori; nec argumentis aliunde emendicatis utebatur, quæ inſtar pſittaci recitaret ad obtinendum M. *(i)* illud, quo, utut parum nonnullis convenit, ſibi tamen iidem ipſi ita placent, ut de hac tituli dignitate cum *Suareſio*, *Arriaga*, *Deluga*, *Meldola*, *Laurico*, *Nazzariis*, *Capiſucchio*, aliisque, qui, in Theologorum Scholis nominis celebritatem ſibi unquam pepererunt, diſputare poſſe videantur. Primum omnium Viterbi inclareſcebat, per integrum annum Rectoris ſeu Magiſtri Theologiæ officio functus. Hinc Piſaurum cum eodem titulo profectus, per biennium ibi commorabatur. Anconæ per quadriennium verſatus & ad Conventum S. Auguſtini Genuenſem translatus,

(i) *Magiſtri* titulum innuit noſter, totaque hæc ſententia ita concinnata eſt, ut non obſcurum ſit, eum vel unum, vel plures illius ætatis homines, honorum titulos emendicantes potius, quam promerentes, pungere. Id frequenter alibi in hoc libello fieri memini.

tus, anno uno exacto, Mediolanum in Conventum S. Marci ſe contulit, ibique per ſexennium ſubſtitit. Totidem annos Neapoli, tandemque unum Bononiæ exegit. Romæ ad recturam aſpirabat, quam conſequendi ſpem, Neapolin profectus, acceperat, qui quidem dignitatis locus ab eruditis hominus ambiri ſolebat. Tandem vero intelligebat, eruditionem ſuam in hoc negotio ſibi fraudi eſſe. Viginti itaque annorum ſpatio Magiſtrum Theologiæ agebat. Interim non omittebat Deo concionibus ſervire, v. c. in opido *Modicia*, ubi eſt Archipresbyter mitratus, cui ſubjecti ſunt XXIV. Canonici; Seminarium item XL. Clericorum & VIII. Capellanorum Regiorum; Eccleſia denique, in qua quotidie totum Officium Domini cantatur. In eadem aſſervatur corona ferrea, uno ex clavis crucis Dominicæ inſignis, qua Imperator coronari ſolet; tum particula arundinis, quæ in manus Salvatori, purpura induto, data eſt, cum flagellato homines profani illuderent; porro ſpongia, una cum particula columnæ, cui Dominus fuit alligatus; adſunt etiam tres ſpinæ coronæ ejus, lagenula ſanguinis Joannis Baptiſtæ; veſtis lanea alba B. Virginis; ſtrophiolum ab eadem textum; & ſportella, a Chriſto in his terris verſante, geſtata. Hæc omnia dona ſunt S. *Gregorii M.* Reginæ Theodolindæ data. Accedunt pallium aureum in uſum altaris majoris, octogeſies mille numis aureis Venetis æſtimatum, quod Vitam S. Johannis Baptiſtæ deſcriptam refert; duo calices, ex denſiſſimo auro fabrefacti; patera denique Sapphirina, baſi aureæ innixa, decies mille Scutatis (*Scudi*) aeſtimata, qua inſtar poculi uti ſolebat Regina.

Degit quoque noſter (*Gaſti*) *Cunei*, opido Pedemontano, *Aenariæ*, (Iſchia) *Melphiæ*, *Burgi S. Domini*, S. *Euphemiæ Veronenſis*, & ſuperiore anno M. DC. LXXI. in Baſilica S. Laurentii Genuenſi.

Anno M. DC. LXX. poſt Paſcha, Rectura S. Jacobi Bononienſi decedens, Genuam ad *S. Mariam de Conſolatione* venit, eo tempore, quo *Capitulum* congregari debebat. Convenerant ibi omnes, quorum erat ſuffragia ferre, eo conſilio, ut M. F. *Proſperum Cauazzam*, Genuenſem, eligerent, hominem moribus optimis, & cui *C*ongregatio illa ex Præſidatu, in præcedenti Capitulo geſto, multum ſe debere profitebatur. Cum vero P. M. *Gaſtus*, cujus diſcipulus olim fuerat, eo veniret, jus ſuum omne, ne ingratus videretur, cujusmodi multi ſunt, illi ceſſit. Ex quo factum eſt, ut *Gaſtus* communibus omnium ſuffragiis Vicarius Generalis renunciaretur; M. *Cavazza* autem, qui antea provincia illa dignus videbatur, jam ab omnibus ex dicta ratione haberetur digniſſimus. Summatim ut dicam: *quis novit ſenſum Domini? Aut quis conſiliarius ejus fuerit? Rom. XI.* 34. Interim mihi hac occaſione pauca addere fas ſit. Sicut hæc Congregatio pallio *B. Virginis de Conſolatione*, tanquam ipſi amata, fovebatur; ita ſecundum illud, quod legitur *Apocal.* III. 19. *Quos amo, arguo & caſtigo*; moleſtiæ quædam exantlandæ illi immittebantur, cum de duobus Conventibus præcipuis illi adimendis, *Eremitanis* nempe *Parmenſibus*, & Conventu *Trinitatis Viterbienſis*, ageretur, qui poſterior anno M. DC. LII. F. *Angelico* bucceam amaram non unam devorandum objecit. Hic ſcilicet Conventus a Cardinale *Aegidio*, immortalis memoriæ, Congregationi donatus, & a LEONE X. P. M. *Brevi* aliquo ſpeciali confirmatus poſtea, in miſerrima erat conditione, adeo ut vix ſex aut ſeptem numeraret Monachos, & interitui proximus eſſet. Deus autem, qui illum perire nollet, Congregationis hujus navi *Gaſtum* dabat nauclerum, qui rationes ejus tam liquidas fecit, ut, non obſtantibus contradictionum aquiloni-

nibus, (*k*) egregium Breve a Papa *Clemente X.* acciperet, quo perpetuum cuique ſilentium imponitur, & prius illud *Leonis X.* confirmatur. Quid vero obſtat, quo minus illud hic apponam, ut multiplicatis ejus exemplaribus præſtantiſſimi *Gaſti* victoria exſplendeſcat? Habe itaque illud:

CLEMENS PP. X.

ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius AUGUSTINUS GASTUS de Caſtellaccio, Vic. Generalis Congregat. S. Mariæ Conſolat. Ianuenſis, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, quod dudum fel. rec. LEO PP. X. prædeceſſor noſter Conventum & Eccleſiam SS. Trinitatis Civitatis Viterbienſis dicti Ordinis ac Eccleſiam S. Mariæ in Dominica de Urbe, quæ denominatio Cardinalatus tunc erat, Congregat. præd. Januen. perpetuo univit, & incorporavit, & alias, prout in ipſius LEONIS, prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis d. XXIII. Maji M. D. XXI. expeditis, uberius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, prædictus quidem AUGUSTINUS Vic. Gen. & FF. dictæ Congregat. nullam ſuper memorata Eccleſia S. Mariæ in Dominica, quæ Diaconia Cardinalitia adhuc de præſenti exiſtit, prætenſionem habeant: prædictas vero LEONIS prædeceſſoris literas in ea parte, qua Conventum & Eccleſiam Viterbien. prædictam concernunt, Apoſtolicæ confirmationis noſtrae patrocinio communiri plurimum deſiderent, quo eadem Congreg. quae ante hac controverſiam deſuper non ſine magnis laboribus & diſpen-

(*k*) Inſeritur hic parentheſis bene longa, & ad rem nihil faciens, quam data opera omiſi,

diſpendiis paſſa eſt, ab omni inquietudine atque perturbatione, quae ipſi à quocunque in futurum, ſub quovis praetextu vel colore moveri poſſet, liberetur, & eximatur. Nos ſpecialem ipſis AUGUSTINO Vicar. Gen. & FF. gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris & pœnis, â jure, vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatae exiſtunt, ad effectum praeſentium tantum conſequi harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, Supplicationibus, eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, unionem & incorporationem dicti Conventus & Eccleſiae SS. Trinitatis Civ. Viterb. praed. Congreg. S. Mariae de Conſolatione Januen. à memorato LEONE praedeceſſore facta, ut praefertur, & quatenus illas concernunt duntaxat ejusdem LEONIS prædeceſſoris literas ſupradictas auctoritate Apoſtolica tenore praeſentium confirmamus & approbamus, illisque inviolabilis Apoſtolicae firmitatis robur adjicimus. Decernentes easdem præſentes literas, firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuosque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus & per omnia pleniſſime ſuffragari. Sicut in præmiſſis per quoscunque Iudices Ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi locus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitut. et Ordin. Apoſtol. nec non omnibus & ſingulis illis, quæ dictus LEO prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris die XXVI. Novemb. M. DC. LXXI. Pontificatus noſtri anno II.

Non

Non omittendum puto Breve LEONIS X. P. M. cujus in præcedenti fit mentio, ut exempla ejus plura exſtent, & Fratres memoriam tanti beneficii conſervent. Ingrati animi vitio certiſſime, neglecta ejus mentione, obnoxius forem. Cumque

Ingrato homine terra pejus nil creet,

ejusmodi mihi titulum conciliarem, qui nec in perſonam meam nec in res meas cadit. En tibi illud:

Dilectis Filiis, Fratribus Ordinis Eremitarum, S. Auguſtini, Congregationis S. Mariæ de Conſolatione Januen.

LEO PAPA X.

Dilecti Filii, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Accepimus, quod ſi Domus SS. Trinitatis Viterbien. quam nunc FF. Ordinis veſtri incolunt, & Eccleſia S. Mariæ in Dominica de Urbe Congregationi Veſtræ unirentur, & per vos perpetuis futuris temporibus tenendæ & gubernandae concederentur, profecto Congregatio ipſa veſtra magnum ſuſciperet incrementum, & propagationem ad Omnipotentis Dei laudem. Quocirca nos, quibus plurima de religione & pietate veſtra à viris graviſſimis relata fuerunt, volentes Congregationem ipſam veſtram paterna dilectione favoribusque complecti, habito ſuper his conſenſu, videlicet pro domo Viterb. Ægidii Tit. S. Matthaei Presbyteri, qui ejusdem Domus hactenus curam geſſit, & quo ad Eccleſiam S. Mariae in Dominica Innocentii Diaconi, Cardinalium, dilectorum filiorum noſtrorum, quae denominatio Cardinalatus ipſius Innocentii Cardinalis exiſtit, motu proprio, &

ex certa noſtra ſcientia, & mera deliberatione, ac de Apoſtolicae poteſtatis plenitudine Domum & Eccleſiam hujusmodi cum conjunctis habitationibus, & pertinentiis ſuis ac horti ſpatio, & omni eo, quod Eccleſiae haerens conſtat, ad jura ejusdem Eccleſiae pertinere, tenore praeſentium Congregationi veſtrae perpetuo unimus, jungimus & incorporamus, atque concedimus, eorumque curam, adminiſtrationem & diſpoſitionem, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, vobis committimus, & commendamus: ita, ut deinceps vos & Congregatio iſta veſtra de illis, quemadmodum de aliis veſtrae Congregationis Domibus, ſive Conventibus & locis aedificando, augendo, Fratribus mittendis, amovendisque ac aliis rebus, & actionibus omnibus peragendis, quae in aliis Domibus ſive Conventibus veſtris de jure, vel conſuetudine, aut alias facere poteſtis & conſueviſtis, plane diſponere poſſitis: non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque & indultis ac conceſſionibus Apoſtolicis per nos, ſeu quosvis alios Romanos Pontifices, praedeceſſores noſtros, quibus aliis Fratribus ſeu Congregationibus de dictis locis forſan factis, & praeſertim literis in forma Brevis per fel. recordat. Julium Papam II. praedeceſſorem noſtrum, ut dicitur Congregationi Iliceti conceſſis, quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio ſeu quaevis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ſervanda foret, tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum praeſentibus inſererentur, pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis aliis in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, caeterisque contra-

tra-

trariis quibuſcunque. Per hoc autem, quod Eccleſia ipſa S. Mariae in Dominica denominatio Cardinalatus eſſe deſinat, non intendimus. Datum Romae apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXIII. Maji M. D. XXI. Pontificatus noſtri Anno IX.

Bembus.

Per Favorinum de mandato.

Optimus itaque *Gaſtus* divino beneficio hoc habebat magni laboris per biennium in commodum Congregationis hujus tanquam Matris (cujus filius erat, maximis quibusque elogiis digniſſimus,) exantlati, præmium, ut tandem ocreas ſolvere & calcaria ponere poſſet. Prout vero Congregationi illi, tanquam altrici, obſtrictiſſimum ſe agnoſcebat, ita libros ſuos omnes, numero non paucos, Bibliothecæ illius legavit. Ex iis tamen nonnullos, ſuperiore anno Roma aſportatos, non ligatura minus quam typis eximios, F. *Angelico*, cui acceptos fore credebat, dono dedit. Eorum accipe indicem.

(1) *Pſalmi Davidis, vulgata editione, Calendario Hebraeo, Syro, Graeco, Latino, hymnis, argumentis & commentariis genuinum & primarium Pſalmorum ſenſum, Hebraismosque breviter aperientibus*, à G. Genebrardo Theologo Pariſienſi, divinarum Hebraicarumque literarum Profeſſore Regio inſtructi. Pariſiis Oliva Petri l'Huillier, via Jacobea. M.D. XXCI. 8.

(2) *D. Thomae Aquinatis Theologorum Principis, ac Theologicarum Sententiarum diſertiſſimi Interpretis Scriptum I. II. III. & IV. luculentiſſimum angelico concinnatum ingenio ad ſummam ſacrae fidei tutelam, artificibus expreſſum typis, praecipuis annotamentis inſignitum, omnique modo repurgatum, inſerto textu Magiſtri, adjectisque regeſtis tabularibus.* Impreſſum Lugduni, impenſis honorati viri

Jac. Franc. di Giunta Florentini, & Sociorum in ædibus Jacobi Myt Chalcographi anno æditæ mundo ſalutis, M. D. XX. To. IV. in 8.

(3) *Problemata D. Thomae Aquinatis, quae Quodlibeticas Quaeſtiones inepte Neoterici vocant, nos autem rectius placita Theologica nuncupamus, in quibus Sanctus Doctor quam fuerit in extemporaneis Quaeſtionibus copioſus, & in reddenda omni poſcenti ratione diſertus, vos ipſi rerum divinarum Athletae dignoſcite.* Lugduni, ut ſupra.

(4) *In Hippocratis Aphoriſmos omnes perbreves commentarii. Eorum in verſus vernaculos verſio, ab ea certe, quae de Graeco habetur Latiali ex Textu A. C. Celſi verſiones tranſlationesve, hic vero poſtpoſitae plerique in Aphoriſmis eiſdem. Opus novum in libb. VIII. diviſum Jo. Caſimiro Poloniae & Sueciae Regi Invictiſſimo dicatum, humanaeque labili memoriae hominumve univerſali utilitati, commoditatique commendatum.* Anſelmo Latioſo, Medico Ph. Viterbienſi *auctore.* Viterbii apud Pet. Martinellum 1667. in 8.

(5) *F. Petri Mariae Paſſerini de Sextula Procuratoris, ac Vicarii Gener. Ordinis Praedicatorum, Tractatus de Electione Summi Pontificis.* Romæ typis Angeli Nicol, Tinaſſii, ſumtibus Jo. Caſonii. M.DC.LXX. fol.

Promiſit præterea alios una cum ſua effigie mittendos. Nec interim dememinit Conventus S. Mariæ de Conſolatione, cujus fuerat alumnus. Illi enim ſuperioribus annis multa Opera Theologica, quibus carebat, interque illa Opera celeberrimi *Aldrovandi* legavit. Propterea etiam Fratres illius Conventus effigiem ejus à *Bernardo Carbone*, Apelle Genuenſe, qui veteres feliciſſime imitando ad Alexandros pingendos idoneum ſe præſtitit, depictam, in ea reponendam ſtatuerunt.

VI.

VI.

AUGUSTINVS LAMPUGNANUS (*l*)

Mediolanenſis, Abbas Caſinenſis. Hic Monachus, omni cultu digniſſimus, ex primis Fr. *Angelici* amicis eſt, qui propterea effigiem ejus, ipſi ſimillimam, fieri fecit. Interim in manus mihi incidit egregium carmen, laudibus ejus dedicatum, quod ante, quam libros mihi donatos deſcribam, hic repræſentabo. Auctor ejus eſt *Caeſar Scrofatus*, ex Collegio Iudicum Mediolanenſium, Comes.

PATER, deliciæ novem ſororum,
Paterque unius una ſpei, ocellus
Phoebi, Principis ipſius ſororum
Chori, Te iuga, ſilva, fonsque Pindi
Colunt; Teque canente, ſe beatos,
Dicunt, ſeu numeris beas Beatos
Rurſus nectareis, iocoſa ſive
Spargis tela domeſticus, dicaci
Seu ſtringis vitium ore, ſed Virorum
Parcis nominibus, Lyram modis ſeu
Increpas variis, novoque Divos
Auges carmine, Principem & Deorum
Sede, & munere, quo beare poſſit
Quicquid Luna ſuo videt ſub orbe

Sive

(*l*) Vitam hujus & ſcripta ediſſerit *Philippus Picinellus* in Athenaeo eruditorum Mediolanenſium p. 3. ſeq. advocato etiam *Hieronymo Borſerio* in Supplemento cap. XII. Obiit anno ætatis octogeſimo in Monaſterio S. Sulpiciani.

Sive in Arcadia jocos, amores,
Paſtorum modularis, & canendo
Vincis Arcadiæ Deum, cicuta,
Quam Petrarcha dedit, jugis Etruſcis,
Lectam, Phyllida, qua tu Amyntam & ipſum
Paſtorem valeas fugare Fidum,
Scena, quam nimium diu fatigant
Verbis, quæ deceant graves cothurnos,
Non ſonos humiles, caſasque viles
Paſtorum, aut ſtipulas, rudesve mores ;
Quæ natura negat, negantque Flacci
Iuſſa non violanda, ni Poëtæ
Vellent, quicquid eis libet, & licere
Sacro pectora concitati ab æſtro ;
Lege, ſeu pedibus refers ſolutis,
Certaldi paribus notis, Alumni,
Quid pulchrum merito, quid invenuſtum,
Ac deforme oculis, utrumque & ornas ;
Et Lucem modo, me modo tenebras
Vis optare tuo nitente ſemper
Sermone, & dubium facis mei me,
Ut, quæ grata magis mihi futura
Sint, mens neſciat. Eſt tuæ loquelæ
Vis illa, & potis eſt Sophia tantum.
PATER, dicere non rudi cupit cor
Verſu Te ; licet ille ligna ſilvæ
Addat, carmina qui tuæ Camoenæ
Audet mittere, queis abundat, & dat ;
Hoc nam muneris eſſe, credo, victi
Tot tuis meritis. Mihi repugnat
Sed heu pauperies iniqua, Thyrſum
Nec contingere me ſinit nec Antrum
Meis carminibus ſonare Pindi ;

Quare

Quare aut hos gemitus, bonique & æqui,
Quos pro carminibus dolor coëgit,
Conſulas bonus; aut pius reppellas,
(Quæ tua eſt pietas, tua eſt poteſtas)
Quæ cantare vetat, jubet delere.

Jam veniamus ad libros donatos, quorum ſunt multi.

(1) *Septem radii amoris, à Jeſu Chriſto in cruce in animam fidelem vibrati*, & explicati ab Auguſtino, Priore Caſinenſi, ad Cardin. Franc. Barberinum. Bononiæ apud Jo. Baptiſt. Ferroni, M. DC. XL. 4. (*Ital.*)

(2) *Turrianae propaginis arbor explicita* D. Auguſtini Lampugnani, Mediolanenſis Patricii, Monachi Caſſinenſis. Ad D. F. Joannem Bartholottum, S. T. D. Bononienſ. Collegiatum, Protonotarium Apoſtolicum, Ord. S. Joannis Hieroſolymitani Commendatarium. Ibidem apud Jac. Montium, M. DC. XLII. in fol. (*Lat.*)

(3) *Recreationes* (Diporti) *Academicae*, in diverſis Academiis recitatæ. Dedicatæ D. Ludovico di Benavides, Cariglio & Toledo, Marchioni &c. Mediolani apud Ludovic. Monza, M. DC. LIII. 8. Has cum amicis ſuis variis inſcripſiſſet, octavam: *Viſio fit per extramiſſionem radiorum*, p. 94. ſeq. F. *Angelico* ſacram eſſe voluit. (*Ital.*)

(4) *De rheda Nolana*; ſive *de veſtitu & ritibus receptis:* libri II. *Joan. Sonta Pagnalmini.* Ad Illuſtriſſ. Jo. Petr. Mandellum. Ibid. M. DC. IL. in 12. (*Ital.*)

(5) *De rheda revertente*, ſive *Examen veſtitus, & rituum receptorum.* libri II. Jo. Tanſo Magnalpina, ad Ludov. Marlianum Comitem. Ibid. M. DC. L. in 12. (*Ital.*)

(6) *De peſtilentia Mediolanenſi* an. M.DC.XXX. enar-

enarrata à D. Auguſt. Lamp. Priore S. Simpliciani ad Carol. I. Gonzagam, ducem Mantuanum &c. Ibid. per Carol. Ferrandi, M. DC. XXXIV. 12. (*Ital.*)

(7) *Heros mendicus*, ſive de Geſtis S. Alexii Romani libri V. Ad Abbatem Onufrium Campori. Ibid. per Ghiſolvos, M. DC.XLV. 12. (*Ital.*)

(8) *Vita S. Radegundae, quae ex Regina ſe Monialem S. Benedicti fecit*, libri V. In calce diſſeritur de duabus Sanctis *Geltrudibus* in gratiam illarum, quæ illis ſe dedicant. Ibid. per Monzum, M. DC. XLIX. 12. (*Ital.*)

(9) *Scrutinium Amoris*, opera Academica, ejusd. ad Theodolum Theodoli, Comitem. Bononiæ per Tebaldinum, M. DC.XLIII. 12. (*Ital.*)

(10) *Lumina Linguae Italicae diffuſa ex regulis ſuccinctis, & Dubia examinata per Fugitivum Academicum Indomitum.* Ad Illuſtr. Albertum Carboneſem. Ibid. per Carol. Zenerum, M. DC.LII. 12. (*Ital.*)

(11) *Anti-perſpicillum*, ſive Reſponſio pro *Marino* de Adone, auctore Balbino Balbuccio. MS. in 4. (*Ital.*)

(12) *Caſp. Scioppii Claſſicum Belli Sacri, ſive, Heldus redivivus, h. e. ad Carolum V. Imperatorem Suaſoria de Chriſtiani Cæſaris, erga Principes Eccleſiæ rebelles, officio, deque veris compeſcendorum Hæreticorum, Eccleſiæque in pace collocandæ rationibus.* Ticini typis Pet. Bartholi. anno M. DC. XIX. in 4. (*Lat.*)

Contra hunc librum prodiit alius ita inſcriptus:

Tuba Pacis, occenta Scioppiano Belli Sacri Claſſico, Salpiſte Theodoſio Berenico, Norico. M. DC. XXI. 4. qui quidem merito à S. Congregatione Indicis decreto IX. Maji M. DC.XXXVI. facto, proſcrip-

ſcriptus eſt. Auctorem ajunt eſſe *Matthiam Berneggerum.* (m)

(13) *Iſiacus de Siſtro*, Hieronymi Boſſii, (n) Ticinenſis, Civis Nobilis & Patricii Romani, ac Regii Eloquentiæ Profeſſoris *Opuſculum*, Mediolani Palatinæ Academiæ Typographus Joan. Angelus Nava excudebat, M. DC. XXII. 12.

(14) *Nova Harmonia*, Hieron. Boſſii, Civis &c. in Tullianum locum de Philoſophia ἄνω καὶ κάτω. Ut ſupra.

(15) *Hieron. Boſſii* Ticinenſ. in Palatina &c. in Sesqui-Palæmonem mordicus affirmantem, *Litteras* non *humaniores*, ſed *humanas* eſſe nuncupandas, ad Conſules Reipubl. Literar. Ut ſupra.

(16) Ejusd. *de Romana toga Commentarius*, ex quo facile *Romanæ Antiquitatis* ſtudioſi cognoſcere poterunt de ipſius Togæ forma, auctore, tempore, dignitate, textura, coloribus, uſu & varietate. Ad Illuſtriſſ. S. Ticinenſis Eccleſiæ Pontificem, Jo. Bapt. Bilium. Ticini excudebat Vianus. M. DC. XIV. in 4.

(17) *Res Finarienſes contra Rempubl. Genuenſem.* Diſſertatio N. N. per Archiepiſcopum N. M. M. DC. LIV. fol. (*Italice.*)

VII.

(m) Recte id dicitur: *Berneggero* enim debetur liber, Scioppiano iſti oppoſitus. Alter ejus liber inſcribitur *Proaulion Tubæ pacis &c.* Argentor. 1620. 4. alter *Tuba Pacis* &c. Vide *Aproſium* in Viſiera alzata n. 93. p. 86. *Placcium* in Theatro Pſeudonymorum p. 119. n. 384. & *Struvium* in Introductione ad Hiſtoriam Literariam p. 475. edit. 2.

(n) *Boſſii* illi libelli, ſi n. 14. & 15. exceperis, alias rariſſimi, recuſi nunc exſtant in Theſauro Antiquitatum Romanar. Sallengriano Tom. II. p. 1305. ſeq. ubi & alios ejusdem, hic non commemoratos, habes.

VII.

AUGUSTINUS LEONI *del Saſſello*,

alumnus Conventus S. Mariæ de Miſericordia Cellenſis (di Celle) Presbyter S. Theol. & Monachus, cui idem Conventus multa debet. Prior fuit inConventu *deConſolatione* Genuenſis, & Magiſter Novitiorum ſupremamque dignitatem promeritus. Donavit is

(1) *Splendores Seraphicos, ex opacis tenebris celeberrimarum Academiarum inter umbras Hieroglyphicorum relucentes* &c. Quadrageſima P. *Marii de Bignoni*, Veneti, Capucini, Prædicatoris & Lectoris Theologiæ. Venet. per Giunti & Hertz, M. DC. LI. in 4. (*Ital.*)

(2) *Elogia Sacra in Solemnibus præcipuis Domini noſtri, B. Virginis Mariæ & aliorum Eccleſiæ Sanctorum*, Ejusdem ibid. per Franciſci Storti, M. DC. LII. 4. (*Ital.*)

VIII.

AUGUSTINUS NIBBIO,

Intemelienſis, ex Fratribus Minoribus Conventualibus, cujus effigies exſtat a parte dextra occidentali, per quam aditus fit in Bibliothecam, donavit (promiſſis ſimul aliis) librum, qui multis exiguus videri poterat, at à F. *Angelico* non contemtus, cui conſtat illud:

Bacchus racemo munerari ſe cupit,
Ceres maniplo, thus merumque Juppiter
Saliſque micam non gravatus accipit.

Li-

Liber hic eſt:

Jacobi Magni, Ordinis FF. Eremitarum S. Auguſtini, Caroli VII. Francorum Regis à Sacris Confeſſionibus, Compendium Philoſophiæ. MS. in membran. in 4. (*Lat.*)

IX.

AUGUSTINUS PAOLETTUS

natus *Bonoconventii*, Montalcini cucullum indutus an. M. DC. XXVI. una cum F. *Angelico* M. F. *Octavii Martini d'Oneglia* diſciplina Senis uſus eſt. Uterque amicitiam perpetuam ſibi præſtiterunt, donec ille anno M. DC. LXXI. inclinante diem obiret. In meditando tam ſubtile probabat ingenium, ut, ſi ad docendos alios fuiſſet adhibitus, longe alium ſe præſtiturus fuiſſet, quam, qui altum tollunt ſupercilium. Cum vero Superioribus opus eſſet illis, qui concionibus habendis vacarent, noſter autem ad hanc operam maxime idoneus videretur, ad hanc artem exercendam permoveri ſe paſſus eſt, & in eadem perpetuus fuit per LXX. annos, ultra quos progredi per mortem, quæ nulli parcit, non licuit. Hoc pro certo affirmo, quod Magiſterii dignitatem conſecuturus res melius geſſerit, quam qui per decennium docentis officio eſſet perfunctus. Sic enim teſtatus eſt M. F. *Cæleſtinus Bruni*, Venoſanus, qui inter ceteros examinatoris vices tunc ſuſtinebat.

(1) *Diſcurſus Prædicabiles inde à Dominica in Albis usque ad Adventum*, P. M. F. Auguſtini Paoletti, Montalcinenſis, Ord. Eremitarum S. Auguſtini. Mediolani per Monzam, M. DC. LXVI. 4. quos F. *Angelico* dedicare placuit. (*Ital.*)

(2) *Sanctuarium* ejusdem. Venet. per Franciſc. Storti. M. DC. LIX. 4. (*Ital.*)

(3) *Theologica Theoremata, quibus differendi ratio, regulæ, modusque aſſequendi eas explicantur.* Edita à F. Evangeliſta Boſio, Patavino, Auguſtiniani inſtituti S. T. D. atque in almæ Urbis Academia publico Profeſſore. Romæ M. D. XCII. fol. (*Lat.*)

(4) *Dn. Simonis Majoli, Epiſcopi Vulturarienſis, Dierum Canicularium* Tomi VII. Colloquiis XLVI. Phyſicis, novis, ac penitus admirandis &c. Opus hac ultima editione reviſum, & plane novum, triplicique additione adauctum, juxta cenſuram & permiſſionem Superiorum nunc reimpreſſum Francofurti, impenſis Jo. Gothofr. Schonwetteri. M. DC. XLII. fol.

X.

AUGUSTINUS DE ROSSI, (*de Rubeis.*)

Magiſter Auguſtinianus, qui cum inſtitutioni *Joannis Andreæ*, Principis *Doria Landi*, vacaret, anno M. DC. LXVIII. menſe Auguſto ex ſæviſſima dyſenteria quadraginta dierum XL. fere ætatis anno in palatio ejus animam Conditori reddidit, feliciſſima ſui memoria hominibus relicta. Complures pro aliis Panegyricos, Dedicationes item & Præfationes non paucas concinnavit, & ex eo, quod aliis impendebat otium, ſibi ipſi nil reliquum faciebat. Hinc factum eſt, ut ſub ipſius nomine nihil editum proſtet, præter id, quod mox ſequitur.

(1) *Fœmina fortis*, Panegyricus S. Catharinæ Virgini & Martyri, dictus feſto ejus die, anno M. DC. L. Mediolani ab Auguſtino Roſſi, Fratre Auguſtiniano. Mediolani per Ludov. Monza. 4. (*Ital.*)

Inter chartas volantes Bibliothecæ Aproſianæ invenio elegiam CXIII. diſtichorum, *in mulieres ſcapulas denudantes*, & hymnum in *S. Thereſiam.* Unum

num alterumve ſpecimen deſcribere fere animus erat. Cum vero operam hanc ſub manu creſcere mihi videam, negotium hoc *Scipioni Glareano*, qui in libro ſuo: *Scudo di Rinaldo*, particulam illorum promulgavit, relinquam.

(2) *Ancile cœleſte*, ſive, *Scutum veritatis contra tela mendacii, ubi diabolica pravitas calumniæ, libellorum famoſorum, & literarum ignotorum auctorum* (Lettere cieche) *aperitur*. Explicatum & dedicatum Sereniſſ. Stephano de Mari, Duci Genuenſi, à Juliano de Mari. Lugduni, apud Philibertum Valenzolo, an. M.DC. LXIV. 12.(*Ital.*)

De *literis* illis *cæcis* elegantiſſimum exſtat carmen Abbatis argutiarum & ſalium, *Antonii Abati*, Poetæ quondam Archiducis *Leopoldi Guilielmi Auſtriaci*, Nobilis Eugubini, quem dignum habuit *Ferdinandus* III. Imperator, quem ſequentibus verſibus celebraret:

ANTONIO *Abati, ſei ſtupor del Mondo,*
B*aſe ferma delle Arti*
A*l tuo ſi gran valor cede giocondo*
T*eban Poëta, e ancor per coronarti*
I*n ciel ſuo loco dà Febo facondo.*

Carmen de quo dixi, legitur p. 17. *Poëmatum* ejus (Abati) poſthumorum num. III.

Certe carte dentate in volto vanno,
Che del proſſimo ſuo rodon la fama:
Lettere cieche il ſecolo le chiama
Perche di verità luce non hanno.
Ma ſe' l Cieco pietà chiede al ſuo danno,
E'l proprio mal con l'orazioni eſclama
I buoni qui cieco Oratore infama
E chiede in elemoſina il malanno
Dovrian ſu queſti Ciechi ire oculati
Tutti i Signori: douriano i lor ſermoni

Come i poveri ciechi andar ſtracciati
E ſe foſſer gli Autor noti à i Padroni,
A par de' Ciechi eſſer douran guidati
Non vanno Ciechi mai ſenza i baſtoni.

(3) *Aſtrologia optima, indifferens, peſſima.* Cenſuræ publicatæ à S. Joan. Baptiſta Noceto, Genuenſe, ex S. J. Pariſiis per viduam Henrici Sarà, 1663. 12. (*Ital.*)

XI.

ALBERTUS DE ALBERTIS, (*l*)

Tridentinus, ex S. J. vir doctiſſimus, & Hercules ἀλεξίκακος contra abuſus ſæculi, a dæmone ad mundum penitus perdendum invectos, omni fœminis pudore ſublato. His, inquam, ſordibus ſe oppoſuit in lucem edens

Paradoxa moralia de ornatu mulierum communia & explorata, ab Alberto de Albertis, Tridentino, è S. J. Mediolanenſi, Collegio Sacrarum literarum Profeſſore, pro confeſſariis & Concionatoribus præcipue elucubrata, ad Mariam Annam Auſtriacam Auguſtiſſ. & Potentiſſ. Hiſpanienſis Monarchiæ Reginam. Mediolani, formis Ludov. Montiæ, ſumtibus autem Franc. Mognagæ, 1650. 4. (*Lat.*)

(1) *Alberti de Albertis, Trident. è S. J. in Eloquentiæ cum ſacræ, tum profanæ corruptores Actio.* Mediolani 1651. formis Jo. Pet. Ramellati, Euſtorgii, in 12. (*Lat.*)

(2) *Mantiſſa, Ant-Anatomiæ Jeſuiticæ oppoſita famoſis quibusdam contra Societatem Jeſu ſparſis libel-*

(*l*) De hoc lege plura apud *Philip. Alegambe,* de Scriptoribus S. I. p. 9.

bellis, *quorum tituli ſunt.* 1) Myſteria Patrum Societatis Jeſu. 2) Conſultatio Fr. Juniperi de Ancona Minoritæ. 3) Fr. Ludov. Soteli Relatio de Eccleſiæ Japonicæ ſtatu. Auctore Laur. Forero S. J. Theologo, Oeniponte, apud Jo. Gachium, A. C. 1635. 4. *(Lat.)*

XII.

ALBERTUS BARTHOLINUS,

Caſparis filius, *Bartoli* & *Thomæ* frater, qui ad recreandam Scriptorum Danorum memoriam reliquit

Alberti Bartholini de ſcriptis Danorum librum poſthumum, auctiorem editum à fratre Thoma Bartholino. Hafniæ typis Matthiæ Godicchenii, Sumtibus Pet. Haubold, Acad. Bibl. anno 1666. 8. (*m*)

Caſpar Bartholinus, Pater, ſex habebat filios, à *Thoma* in *Ciſta* ſua *Medica Hafnienſi*, 1662. 8. edita p. 257. appellatos, nempe *Bartolum*, *Thomam*, *Caſparem*, *Albertum*, *Jacobum*, & *Eraſmum*. In hujus rei memoriam Venetiis à perito artifice in ligno repræſentari curabat montem, in cujus faſtigio conſpiciebatur aquila, ſub ſe habens ſex aquilas juniores, quarum aliæ altius, aliæ inferius volabant, ita tamen ut omnes in altum niterentur. *Thomas* hoc altius evolavit, Patre tanto ſuperior factus, quanto radix montis a faſtigio eſt remotior. *Eraſmus*, quamvis natu minimus, qui Me-

(*m*) Liber hic à *Jo. Mollero* recenſitus, emendatus & egregiis ſupplementis auctus, recuſus eſt Hamburgi 1699. 8. In Supplementis illis p. 155. de *Alberto Bartholino*, libri auctore, plura inveneris.

Medicæ arti Mathematicas diſciplinas junxit, doctrinæ & ingenii vi ad eam emerget altitudinem, quam montes,etiam congeſti,non adſequantur. Memini hic *Ovidii* lib. I. Metamorph. v. 52.

Affectaſſe ferunt regnum cæleſte Gigantes,
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.

Ab illo, qui quarto loco natus eſt, paulo ante, quam ex his terris abiret, prelo traditi ſunt libri ſequentes:

(1) *Alb. Bartholini, Caſp. F. Panegyricus Sereniſſ. Principis Chriſtiani, electi Regis Daniæ, Norvegiæ &c, memoriæ conſecratus.* Hafniæ ex officina Vinckleriana 1648. fol.

(2) *Gratulatoria ad Principem Seculi noſtri Auguſtiſſimum, Fridericum III. Daniæ &c. Regem, de Solio ejus Regali habita, in Regio, quod eſt Friderici Burgi, Gymnaſio ab Alb. Bartholino, Caſp. F.* Hafniæ typis Petri Hanii, ſumtibus Georg. Holſt, Bibliopolæ 1649. fol.

XIII.

F. ALBERTUS CAREZZANUS,

Novenſis, Magiſter Auguſtinianus, Prior Conventuum S. Auguſtini, Genuenſis & Ticinenſis, anno, peſtilentiam inſecuto, defunctus.

(1) *Vita Venerab. P. Don Juan de Caſtro, Ord. Auguſtiniani, Archiepiſcopi in novo Indorum regno*, per S. *Anton. del Caſtillo*, ſocium ejus. MS. in 8. (Hiſpan.)

(2) *Cras & nunquam moriemur*, h. e. *cras moriendum eſt, & erimus immortales.* Hic manu palpatur Fidei Catholicæ veritas; & ineptiæ mundi perſpiciuntur. Per *Jo. Ambroſ. de Martinis*, Nobilem

bilem Genuenſem. Genuæ per Calenzanum, 1650. in 12. (*Ital.*)

XIV.

ALEXANDER ADIMARI, (*n*)

Nobilis Florentinus, Academicus Lynceus & Incognitus, à quo *Pindarus*, Græcæ lyræ princeps, de quo Venuſina Siren ad Anton. Julium Carm. lib. IV. Od. II. ita :

Pindarum quisquis ſtudet imitari,
Jule, ceratis ope Dædalea,
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina Ponto.

feliciſſime, &, quam fieri poteſt, luculentiſſime Italice expreſſus & illuſtratus eſt.

Clio, ſive *L. carmina in eos gentis Adimariæ homines, qui inde ab originibus ſuis, Florentiæ jactis, usque ad an. M. D. L. virtute & meritis dignos ſe memoria præſtiterunt.* Per eundem, advocatis Hiſtoricorum & Scriptorum fide dignorum teſtimoniis. Florentiæ ex officina Amatoris Maſſi, & Laurent. Landi, 1639. in 4. (*Ital.*)

XV.

ALEXANDER MAGNUS,

Bononienſis, Doctor Artium & Medicinæ, in utrum-

(*n*) De hoc conferri velim Anonymi *Glorie degl' Incogniti* p. 15. & *Creſcimbenii* Commentar. ad Hiſtoriam Pœſeos vernaculæ Vol. II. lib. V. p. 313.

utrumque Collegium an. 1645. 7. Junii cooptatus, *Aloyſii* avunculus, de quo infra num. XXII. pro humanitate ſua ſequentem ſuum librum donavit.

Alexandri Magni, Bononienſis, Philoſ. & Medic. Doct. Coll. & in Patrio ArchiGymnaſio Philoſoph. Profeſſoris Ordin. *Commentariorum una cum Quæſtionibus in libb Ariſtotelis de Phyſico auditu*, Tom. I. in quo textus 1. lib. juxta ordinem a Laureandis ſervandum dilucide explicatur, cum Indice, &c. Ad Eminentiſſ. Jo. Bapt. Pallottum S. R. E. Cardinalem, Bonon. typis Jo. Bapt. Ferronii 1657. in 4. (*Lat.*)

Illius, & nepotis mentionem fieri video in Elegia MS. *Laurentii Legati*, quam ad recreandam memoriam *Ludov. Boncompagni*, Virodunenſis, Publici quondam Græcarum literarum Profeſſoris Bononienſis, mihique amiciſſimi, cui ab auctore, ipſius deinde in eodem munere ſucceſſore, inſcripta erat, hic deſcribam.

Ad doctiſſ. Virum D. Ludovicum Boncompagnum, Virodunenſem Auſtraſium, in Acad. Bonon. Publicum Græc. literarum Profeſſorem.

LAURENTIUS LEGATUS AUDITOR

morbum ſuum peracutum è lecto deſcribit 4. *Id. Maji* 1666.

Sedulus ille fui cultor Laurentius *ille*,
Qui legit è labiis Attica mella tuis.
Decubat inviſo detentus carcere lecti
Utraque veniſeca brachia punctus acu.
Id tulit heu, putris inflammatio dira cruoris,
Fluxioque ad lumbos, iſchiacusque dolor:
Hinc ita defluxit ſuetus vigor, ut mihi nullus
Motus, ab externa ſit niſi factus ope.

Bis

Bis gemini idcirco, quos novi Paeonas ævi
Plurima de tantis diſſeruere malis.
Montalbanus (1) *id eſt*, Florenus, (2) & Angelus, (3) *atque*
Fabrettus (4) *medica doctus in arte faber.*
Decretum eſt autem, Floreno *auctore*, *levamen*
Frigida mi tantum pharmaca poſſe dare.
Sed tractanda prius chirurgo brachia ferro,
Bilis ut & peccans exeat inde cruor.
Plauditur à reliquis, & jam mihi longa propinant
Ex deſtillatis pocula fluxa φύτοις.
Interea cibus eſt emulſio parca peponum,
Et fontana merax eſt mihi potus aqua.
Scilicet ad calidos ſtatuuntur frigida morbos,
Fervida ut in gelidis dat medicina malis.
Sic mihi vina negant, nec mæreo. Mæreo tantum,
Quod vetor Aonio tollere fonte ſitim.
Dilectorum inhibent commercia docta librorum,
Carmina nec fœta volvere mente ſinunt.
Quandoquidem perhibent capiti allatura dolorem,
Quamvis experiar, quod magis illa levant.
Hinc ſi ablata forent ſimul atramenta, vel ipſo
Sanguine ſcripſiſſem, quem fibra ſecta dedit.
Hæc ſunt, de noſtro quæ ad te ſcribenda premebam
Statu, infirma quidem, ſicut & æger ego.
Aegra igitur mitto, nec enim queo ſcribere ſana,
Dum jaceo, & calamum vix regit ægra manus.
Quod ſupereſt, Numen fac pro me, deprecor, orent,
Dogmata quique bibunt, mi Ludovice, tua.
Et ſi, quos magni facio, te viſere MAGNI
Mox venient, pro me ſe bene habere jube.

XVI.

(1) *Ovidius Montalb.*
(2) *Pet. Jac. Florenus.*
(3) *Daniel Angelus.*
(4) *Mauritius Fabrettus.*

XVI.

ALEXANDER, *Georgii Franciſci* NIGRI

Filius, Bononienſis, Canonicus inſignis Collegiatæ S. Petronii, à quo ſuaviſſimi eruditionis fructus exſpectari potuiſſent, niſi invida Atropos vitæ, qua digniſſimus erat, ſtamen tam cito rupiſſet. Interim æternum vivet ex partu ingenii doctiſſimo:

Maniliani Bononienſis monumenti hiſtorico-myſtica lectio.

Interprete Alexandro Nigro, Jo. Franciſci filio, J. U. D. Perinſignis Collegiatæ Eccleſiæ Bononienſis Canonico, Protonotario Apoſtolico. Bononiæ typis HH. de Duceiis 1661. in 4. (*Lat.*)

Effigies ejus in Bibliothecam repoſita fuiſſet, ſi ſupervixiſſet, & ſi frater *Blancus* eam unà cum Patris illa, ceu receperat, delineari feciſſet.

XVII.

ALEXANDER PORRUS, (*o*)

Mediolanenſis, Clericus Regularis, Theatinus, ad Eccleſiam Epiſcopalem Bobienſem à Papa Innocentio X. anno M. DC. L. 5. Decembr. in locum *Franc. Mariæ Abbiati*, evectus, cui ſucceſſores ejus ſemper obſtrictos ſe debent profiteri, qui ex tugu-

(*o*) Vitam ejus & res geſtas enarrat *Philip. Picinellus* in Athenæo eruditorum Mediolanenſium p. 14. Obiit an. 1660. & ſcripſit Orat. in funus Theodorici Cardinalis Trivultii, Mediol. 1656. fol. editam.

tugurio fœni palatium fecerit, Epiſcopis incolis recipiendis idoneum.

Synodus Dioeceſana Bobienſis, ab Illuſtriſſ. Alex. Porro, Dei & Apoſt. S. gratia S. Bobien. Eccleſiæ Epiſcopi & Com. habita in Cath. XII. Cal. Maji 1653. Med. typis Lud. Montiæ. (*Lat.*)

XVIII.

ALEXANDER SPINOLA,

Andreæ filius, Dux Sereniſſ. Reipublicæ, ad hanc dignitatem amicorum ſuorum opera invitus evectus. Memini, eum, aliquando in Monaſterium S. Albani de Albaro ad prandium euntem, in loco fere plano crus frangere, eoque facto mihi, ad ipſum inviſenti, dicere: Laudatus ſit Deus, qui hoc lapſu effecit, ut nunquam Dux evadere poſſim. Ambulationem impenſe amabat, & antequam ad hanc dignitatem eſſet admotus, ſummo mane ſurgens obambulabat, ac per tres horas exercitiis vacabat. Cumque aliquando in quodam cœnaculo Palatii, quod ad deambulandum ſibi elegerat, dux eſſet mihi, quem obvium habebat, de infelicitate Principatus conqueſtus, dicebat: Si liber manſiſſem, hoc matutino tempore hac cœli temperie jucundiſſima frui potuiſſem: hinc ad Angelos tandem iturus & domum cupide eram reverſurus.

Stanislai Kobierzycki de Luxu Romanorum commentarius, in quo Romanarum Opum admiranda copia, veſtium Splendor, ædificiorum magnificentia, conviviorum luxurioſi apparatus proponuntur. Lovanii typis Philip. Dormalii, 1628. in 4. (*Lat.*)

XIX.

ALEXANDER SPERELLUS, (p)

Aſſiſienſis, Epiſcopus Eugubinus. Qui eximiis Præſulis hujus dotes celebrare voluerit, ea illum eloquentia inſtructum eſſe oportet, qua ipſe ſive ſcribens ſive diſſerens abundabat. Qua cum me deſtitutum ſentiam, Lectores, harum rerum ſtudioſos, ablegabo ad ea, quæ de noſtro tradiderunt *Eugenius Gamurrini*, Abbas, Caſſinenſis, Nobilis Aretinus, Academicus Apathiſta, Conſiliarius & Eleemoſynarius ordinarius Regis Chriſtianiſſ. Ludovici XIV. Theologus & familiaris Coſmi III. Magni Ducis Toſcaniæ & *Vincentius Armannus*, Nobilis Eugubinus, Academicus Humoriſta, & Princeps perpetuus Academiæ patriæ *Anſioſiorum*, cujus ſocius inutilis eſt F. *Angelicus*, qui nihil ſcribat, & nihil poſſit. Utrique illi in ſcribendo alieniſſimi erant à fabulis & nugis, quibus multi hiſtoriarum Profeſſores ſtudent, qualium Scriptores enarrantur in tractatu de libris Apocryphis magnamini *Leonis Scyrenſis*, Patricii Romani, Alcidis Maſtigophori, (qui liber cum aliis ejuſdem manu exaratis per ſummam munificentiam Cardinalis *Franc. Barberini* ex carceribus Bibliothecæ ejus locupletiſſimæ typorum beneficio emitti in publicum ſperat;)

(p) Natus is eſt an. 1589. 10. Maji, fatis vero functus an 1672. menſe Januario. Lege plura apud *Jacobillum* in Biblioth. Vmbriæ p. 138. *Gamurrinum* in Famil. Toſcan. & Vmbr. Vol. II. p. 300. *Armandum* in epiſtolis volantibus Vol. II. p. 433. & *Creſcimbenium* in Commentar. ad hiſtoriam Poëſeos vernaculæ Vol. II, lib. 5. p. 294.

rat;) & ex parte in libro *Alphonſi Ciccarelli*, à *Leone Allatio* commemorato. De altero præter, experientiam, quæ centum aliis præſtat, invenio teſtimonium apud *Franc. Nazarium*, lectorem Philoſophiæ in Publica Univerſitate Sapientiæ, & auctorem *Ephemeridum Literariarum*, Ephemeride XII. 28. Decembr. an. 1668. p. 169. Ad priorem vero quod attinet, ipſe id profitetur in præfatione ad Lectorem, quæ ſubjuncta eſt Dedicationi Voluminis I. *Hiſtoriæ Genealogicæ familiarum Toſcaniæ & Vmbriæ Nobilium.* Hic igitur de noſtro (*Sperello*) legatur p. 30. Vol. II. alter vero epiſtola 91. Partis I. epiſtolarum memorabilium *Michaelis Juſtiniani*, Abbatis, p. 254. ubi hæc legis: *Ad Carolum Cartarum, Decanum Advocatorum Conſiſt. & Præfectum Archivi Apoſtol. in Caſtello S. Angeli Romano. Epiſtola exponens res geſtas & virtutes* Alexandri Sperelli, Epiſcopi Eugubini, Præſulis inſignis & celeberrimi. Hujus itaque liberalitati debentur

Epiſcopus, Opus tripartitum Ethico-Politico-Sacrum, non Præſulibus, ſed omnibus in Chriſtiana Republica Populorum moderatoribus, Principum Conſiliariis, divini verbi concionatoribus maxime accommodatum. *Alexander Sperelius*, Eugubinus Antiſtes è Collegio Summi Pontificis throno Aſſiſtentium Italico ſermone ſcripſit Hannibal Albani, Firmanus, è S. J. plurimis & maximis è Gallia, Hiſpania, Germania, Epiſcopis poſtulantibus idiomate Latino douabat. *Clementi X. Romano Pontif. O. M.*

Pars II. Eminentiſſ. Principi *Decio Azzolino*, S. R. E. Card. Diacono Tit. S. Euſtachii.

Pars III. Rever. P. Magiſtr. Fr. *Joanni Vinc. Luccheſino*, totius Ordinis Servorum Vicario Generali Apoſtolico &c. Romæ typis & ſumtibus Nicol. Angeli Tinaſſii, 1670. fol.

XX.

XX.

ALEXANDER ZILIOLI, (*q*)

Civis Venetus, Poëta & Hiſtoricus. *Theſaurus conceptuum Poëticorum, ex præſtantiſſimis quibusque Italiæ Poëtis ſelectorum & ad ſuos titulos ſecundum literarum ſeriem revocatorum, per Joan. Ciſani.* Cum annotationibus variorum hinc inde additis, in quibus indicantur veneres & ornamenta Poëtica, lumina item doctrinæ & artis, quæ in illis conceptibus ſparſa micant, loci denique Pœtarum Græcorum & Latinorum, à noſtratibus feliciter imitando expreſſi. Præterea ſub iisdem capitibus comparent conceptus, quos ſiſtunt Emblemata diverſis voluminibus a variis Auctoribus collecta, una cum eorum explicatione. Par. II. Venetiis per Evangeliſtam Deuchinum & Jo. Bapt. Pulcianum. 1620. 12. (*Ital.*)

XXI.

F. ALPHONSUS ROVERI,

Urbevetanus, Auguſtinianus, Profeſſor S. Theologiæ, Muſicæ & Poeticæ.

Applauſus feſtivi in ſolemnibus nuptialibus Illuſtriſſimorum Jo. Bapt. Rospiglioſi, & D. Mariæ Pallavicini. Genuæ per Benedict. Calle, 1669. in 4.

XXII.

(*q*) Hujus hiſtoriam Poëtarum Italorum manu exaratam in Bibliotheca Aproſiana exſtare infra traditur, ubi *Catharina Ziliola,* Alexandri hujus ſoror, commemoratur.

XXII.

ALOYSIUS MAGNUS,

Bononienſis, Academicus Apathiſta, vix alterum luſtrum confecerat, cum Doctoris in Philoſophia & Medicina titulo decoratus an. 1661. in utrumque Collegium reciperetur, quemadmodum apparet ex catalogo *Doctorum Collegiatorum* à D. *Octavio Montalbino* collecto, & à *Jo. Bapt. Cavazza*, Notario & Secretario Collegiorum in lucem an. 1664. edito p. 45. In hujus laudem duo elegantiſſima epigrammata leguntur in *Colore Epigrammatico Iridis Poëticæ Jo. Ludovici Picinardi* p. 130. Prius ita habet:

D. Aloyſio Magno, Benon. Phil. Doct. Colleg. & Lect. Publ. anno ætatis ſuae XII.

Audio ſolventem ſcopuloſa ſophiſmata Magnum,
Pellaeo ſimilem quem reor eſſe Jovi.
Magnus Alexander parvum ſe corpore præſtet,
Magnus Aloyſius corpore parvus adeſt.
Vincula mente ſecat Logicalia, Gordia ferro
Magnus Alexander, Magnus Aloyſius.
Diſcrepat hoc unum, Macedo graviora docetur
Dogmata Ariſtotelis, Magnus at illa docet.

Alterum in ipſo libro legi poterit. Liberalitati ejus debetur:

De arte aptæ argumentationis ſecundum formam inveniendæ, qua omnia ex vitio formæ Sophiſmata prodeuntia facile diſſolvuntur, λυσιτελὴς *tractatus, in quo obſcuriora & magis recondita Ariſtotelis præcepta ſyllogiſtica perſpicue declarantur, cum definitione quæſtionis de non exiſtentia quartæ figuræ, accuratiſſi-*

mis annotationibus ad ſingula capita & eorundem indice. Auctore AloyſioMagno, Bononienſe, Philoſ. & Medic. Doct. Colleg. ac in patrio Aubigymnaſio Med. Prof. Bononiæ typis HH. Caroli Anton. Perii 1668. in 12. (*Lat.*)

XXIII.

ALOYSIUS NOVARINUS, (*r*)

Clericus Regularis Theatinus, tot ſcriptor voluminum, quot Bibliothecam integram præſtare poſſent. Index illorum ſeorſim in *Gabr. Naudæi* gratiam excuſus eſt a Roſſo *Veronæ*, poſtea autem Tomo II. Variorum Opuſculorum ſub titulo: *Encyclopædia Epiſtolaris* inſertus. *Ep.* 141. *Piiſſimo P. D. Petro Habitaliti, Clerico Regulari* Goam. Tomi ſunt numero 80. Index idem recuſus eſt an. 1647. Vide p. 66.

Riſus Sardonicus, h. e. de ficta mundi laetitia, ementito mundanorum gaudio; cui larvam detrahit R. P. Aloyſius Novarinus Veronen. Cl. Regularis Veronæ, typis BartholomæiMerulæ, 1630. in 12.

XXIV.

ALOYSIUS QUIRINUS,

Secretarius Reformatorum Studii Patavini.

R. P. *Aloyſ. Novarini Variorum Opuſculorum Tomus unus.* In quo varia variæ eruditionis, qua ſacræ, qua profanæ ſervientia, exhibentur, plerique priſci ritus non adeo notitiæ expoſiti eduntur, aliqua aliquorum probæ notæ Auctorum lipſana inſe-

(*r*) Lege, ſis, *Allatii* Apes Urbanas p. 24. & *Ghilini* Theatrum Vol. II. p. 186.

ſeruntur; quædam quorundam loca illuſtrantur & explicantur, &c. Veronæ, typis Bartholom. Merli 1645. fol. (*Lat.*)

XXV.

AMBROSIUS LANDUCCIUS,

Nobilis Senenſis, Epiſcopus Porphorienſis, & Præfectus Sacriſtiæ Apoſtol. ſub Alexandro VII. & Clemente IX. PP. MM.

(1) *Origo Templi Romæ S. Matri Virgini juxta portam Flaminiam dedicati, & hodie* à Populo dicti, diviſa in ſex ſectiones, à M. R. P. M. F. *Ambroſio Landuccio*, Senenſi, Auguſtiniano &c. in lucem edita a P. Nicol. Dalmatio d'Avigliana, jam Vicario Generali Apoſtolico Congregationis Lombardicæ &c. Romæ per Franc. Monetam, 1646. in 4. (*Ital.*)

Sub auſpiciis Sanctiſſ. Hieronymi, Eccleſiæ Doctoris maximi, & Univerſitatis Theologorum Senarum Protectoris Sanctiones reformatæ &c. Addita ſerie Theologorum, qui tum ſanctitate, tum dignitate & doctrina Eccleſiam Dei illuſtrarunt: nec non Patrum, qui ad hæc uſque tempora Decanatus dignitate inſigniti fuerunt. Senis apud Bonettos, typis publicis 1651. fol.

Hoc Collegium fundatum eſt an. 1465. Decano tunc exiſtente M. F. *Petro de Montalcino*, Auguſtiniano, quemadmodum an. 1650. quo leges inſtaurabantur, Auguſtinianus alius, nempe *Landuccius*, eo munere fungebatur.

XXVI.

ANDREAS BARBAZZIUS,

Comes, Eques S. Michaëlis & Senator Bononienſis.

enſis. Hic *Marino*, Equiti, inde à iuventute amiciſſimus, cum in aula Mantuana, imperante Duce *Ferdinando*, verſaretur, egregiam illi operam præſtitit, auſpiciis Ducis hujus in libertatem illum ex carcere Taurinenſi vindicans. Idem animadvertit in *Stiglianum*, (s) qui cum ſuos oculis nævos luſtrare rectius potuiſſet, eos in *Marini* carmina converterat, edito in lucem libello feſtivo, ex phraſibus *Novi mundi* (t) collecto. Titulus eſt:

Strigiles (le ſtrigliate) *pro ThomaStigliano*, auctore *Robuſto Pogommega*, dedicatæ Cardinali, Pet. Mariæ Borgeſio. Spiræ apud Henr. Starckium, 1629. 12. (u) Cumque non ignoraret, *Sapricium* vindicias ejusdem ſuſcepiſſe, carmine eundem celebrandum cenſuit, quod eſt ſecundum Strigilis quartæ, & hoc habet initium:

Signor

(s) *Thomas Stiglianus*, Eques Hieroſolymitanus, de quo diligenter exponunt *Hieron. Ghilinus* in Theatro Vol. I. p. 218. *Nicol. Toppi* in Bibliotheca Neapolitana p. 299. ſeq. *Leo Allatius* in Apibus Urbanis p. 245. *Adrian. Bailletus* Tom. IV. Judiciorum de Poetis p. 106. & *Creſcimbenius* loco mox citando.

(t) Hic titulus eſt libri a *Stigliano* Romæ 1628. 12. editi: *Il mondo nuovo, diviſo in quattro Canti, con gli argomenti dello ſteſſo Autore.* Carminum illorum rationem una cum adverſariis, quos ſibi Scriptor excitavit, ediſſerit *Creſcimbenius* in Hiſtoria Pœſeos vernaculæ, italice editæ, Parte V. lib. II. p. 153. & lib. V. p. 364. ſeq. quemadmodum ibid. p. 356. de controverſia, quæ *Stigliano* cum *Jo. Bapt. Marino*, ejusque poſt illius obitum defenſoribus interceſſit, commentatur. Confer ejusdem additamenta ad *Commentarium* in illum Hiſtoriam Vol. II. p. 421.

(u) Vide plura de libello hoc pſeudonymo apud *Bailletum* de Scriptoribus Pſeudonymis p. 588. *Aproſium* in *Viſiera alzata* p. 85. atque hinc in TheatroPſeudonymorum Placciano p. 513.

Signor Sapricio mio galante, e caro.

Legi illud poteſt p. 190. favoris, merita ſuperantis, argumentum. In his *Strigilibus* carmen eſt, quod elegantiſſimum mihi viſum, & in farragine MS. *Bibliothecæ Aproſianæ* a me inventum, hic proferre non gravabor.

Mentre Stiglian, vò pe'l tuo Mondo in buſca,
En lodar ti il cervello mi lambicco,
Trovo, che'l naſo in ogni bucco hai ficco,
Onde tanto ſaver non hà la Cruſca.
E' 'l tuo ſtil più piccante di Cambruſca,
E del tuo MONDO NOVO aſſai più ricco;
Onde piën di ſtupor tutto m' incricco,
Che' l tuo ſplëndor l'iſteſſo Apollo offuſca.
Han te tue Rime coſi nobil metro,
Che qualhora con eſſe altrui ſcoreggi,
Mi raccapriccio & aſcoltando impetro.
Che ſe canti d'Amore, o ſe guerreggi,
O ſe rompi a gli Eroi ſu'l fronte il plettro,
Ne l'armonia con gli Aſini gareggi.

Carmina Academicorum Phantaſticorum Romæ an. 1637. à *Ludovico Grignano* collecta & edita ſunt uno volumine in 12. inter quæ carmina VII. noſtri occurrunt p. 16. Poſthæc prodiit *Amoroſa Conſtantia*, Tragicomœdia, *Andreæ Barbazzi*, Comitis & Senatoris Bononienſis. Bonon. per Jac. Monti, 1646. In 4. *(Ital.)*

In *Dramaturgia Allatii* noſtri, qui compendium fuit omnis eruditionis, p. 25. affertur illa, tanquam Bononiæ à *Jac. Moro* edita, procul dubio operarum errore, cujusmodi permultos ibi occurrere *F. Angelicus* me monuit.

Præter librum ſuum eidem placuit donare effigiem ſuam, addita epiſtola, ita concepta:

Manda il proprio Ritratto al P. Aproſio Vintimiglia.

APROSIO, ecco la mia, da te gradita,
Con ben ſaggi color dipinta Imago,
Ch'il tuo affetto gentil m' ha chieſto in dono.
O come, o quanto io ſono
Di mia gloria infinita,
Ambitioſo e vago
Poſcia ch' io veggio eſpreſſo
Nel tuo Muſeo fatto immortal me ſteſſo.

Servitore obbligatiſſimo di cuore

ANDREA BARBAZZI.

De itinere meo, quod Venetias molior, carmina mea operis exſcribenda daturus, ſuo tempore doceberis.

Interim D. *Ovidius Montalbanus* per epiſtolam, an. 1656. 15. Auguſti datam, hæc nunciabat: *Amici omnes optime valent, at Barbazzius, Senator, in paradiſum ex morbo præſentiſſimo & vix ſenſibili migravit.* Nec per quindecim annos, ab eo tempore elapſos, quicquam præterea lucem adſpexit. (*x*)

Reliquit volumen *Rhythmorum variorum*, carminum, Madrigalium, & Cantionum, tum *Atalantam*, comœdiam ad modulos Muſicos recitatam, *Apollinem* & *Daphnin*, item *Raptum Proſerpinæ*; una cum volumine *Lectionum Academicarum*, quas in Academiis ex diverſa occaſione habuit. Intellexi hæc ex epiſtola ad *Intemelienſem* (Aproſium) Venetiis

(*x*) Plura de *Barbazzio* legi poſſunt in *Memoriis Gelatorum*, p. 27. & *Incognitorum* p. 23. itemque in *Creſcimbenii* commentario ad hiſtoriam Poëſeos, vernaculæ Vol. II. lib. V. p. 312.

tiis tunc commorantem, 10. Octobr. 1644. data. Quæ vero tandem ratio eſt, cur *Humoriſti* & *Indomiti* (y) non veniant in ſocietatem caloris Academicorum *Gelatorum*, quibus nuper admodum *Proſas*, eximiis tractatibus diſtinctas, debere cœpimus, initio autem anni imminentis debebimus *Memorias Academicas*, quod literis aureis *Bonomii*, (z) hominis cordati mihique dilectiſſimi, qui inter Collegas eorum numeratur, d. XV. Novembris ſuperioris datis, edoctus ſum?

Dignus interim eſt, (*Bonomius*) ut, in majorem ejus gloriam, ubi in Parnaſſo conſpicitur, totus Muſarum chorus cum ipſo Apolline exſurgat, & ut cœlum mutetur in membranam, aquæ marinæ in atramentum, omnesque avium plumae calamos ſuppeditent, ad rectius tanti hominis laudes & merita celebranda. Conſtat ſane, viros maximæ celebritatis, v. c. Comiets, *Gratianum*, *Muſcettolam*, *Craſſum*, *Baptiſtam*, *Minozzum*, *Legatum* & mille alios, quos appellare nunc non vacat, ſtudium ſuum & cultum illi in ſcriptis teſtatum facere non neglexiſſe. Eodem tempore, quo humaniſſimas ejus literas accipiebam, *Piſis* mihi mittebantur *Lineae* ejus *Diales*, (*Linee Giornali*) ex Ita-

(y) *Humoriſti*, *Indomiti* & *Gelati* nomina ſunt virorum doctorum, qui Societates Literarias, in Italia his titulis inſignitas, ornabant. De his aliisque ejus generis leges M. *Jo. Jarkii*, nunc μακαρίτȣ, Specimen hiſtoriæ Academiarum Italiæ Lipſ. 1725. 8. & præſtantiſſimi *Jo. Alberti Fabricii* noſtri Conſpectum Theſauri Literarii Italiæ, p. 254. ſeq.

(z) *Jo. Franc. Bonomii* vitam & in literas merita celebrant *Laur. Craſſus* in Elogiis virorum eruditorum italice editis, paſſim & *Gregor. Leti* in Italia Regnante Parte III. p. 145. ut *Memorias Gelatorum*, ad quas, tanquam tunc edendas, noſter provocat, p. 214. ſeq. omittam.

Italico Latine converſo à *Friederico Nomio*, *(a)* inter Italos præſtantiſſimo, & Alcæo Italico, cui propediem verſionem Italicam Odarum *Horatii* debebimus, in quarum ſingularum limine, tanquam in illuſtri theatro nomina amicorum ejus legentur. Non miror interim, eum *Lineis* his *Dialibus* Latine convertendis operam impendiſſe, cum talis ſit commentatio, quæ non in Italia ſolum, ſed ibi etiam legi mereatur, quo præſtantiſſimi *Nomii* opera, *nempe ultra mundi noſtri terminos*, provehentur. In hac itaque, quam dixi, epiſtola de laudatis *Memoriis* ita: *quae cum maxime formis exſcribuntur & ſub Solemnibus Natalitiis lucem videbunt*. Neque tamen omnes Academiarum principes viri ita ingenio ſunt comparati, ut ad montem gloriæ, exemplo Comitis *Valerii Zani*, ſumma laude ideo digniſſimi, adſpirare poſſint. Elogia *Barbazzi* noſtri paſſim leguntur, ſpeciatim vero in Operibus *Bononii* noſtri, item in *Virgultis laureis* p. 270. & in *Epiſtolarum* pluriumque venuſtatum Miſcellaneis Ep. 4. p. 6. Vide ibi *Monarchiam Apollinis*, *Cordubam Academiam Sapientum* p. 320. ut & in *Partu urſae* P. I. p. 64. & 314. Suffecerit hæc indicaſſe, quibus addidero Tetraſtichum ingenioſiſſimum ex *Athenaeo Poëtico* MS. *Laurentii Legati*, Apollinis Cremonenſis, deſcriptum, prout in ciſta quadam inveni. Omittam alia magnorum virorum, cum hoc unum mihi ſit inſtar omnium. Sentient, qui naſum rhinocerotis habent.

Proh, *quam robuſto*, Barbatia, *carmine polles*,
Conſtantes *animos duro in* Amore *canens*!

No-

(a) Lineæ illæ Latine prodierunt *Peruſii* in 12. Vide *Gregor. Leti* in Italia Regnante Parte III. p. 504. ubi plura de *Nomio*.

Nomina conveniunt rebus; ſi nomina ſpecto,
Quid mirer? totus tu quoque robur *eras.*

XXVII.

ANDREAS BLANCUS (*Bianchi*)

Genuenſis, ex S. J. O candidum hominem, ò appritme doctum! Relatum mihi eſt, Patrem *Fieſco*, hominem & ipſum celebratiſſimum, ſpeciatim Mediolani, (ubi in Collegio Brerenſi per multos annos Theologiam docebat,) noſtri quondam diſcipulum, profeſſum eſſe, ſe ſibi in diſputationibus a nemine præter Doctorem illum ſuum, ex magna ingenii, quod in diſputando præferebat, ſubtilitate timuiſſe. Optimus hic Pater, cujus Philoſophia, quam inde à juventute diſcipulis in Collegio Genuenſi dictaverat, tanquam qui aliorum dictis, ceu ipſe mihi ſæpe teſtatus eſt, uti non didiciſſet, manu exarata in manibus verſatur, pauciſſima, nomine ſuo præſcripto, edidit. Non puto exſtare alia, præter *Quaeſtiones Philoſophicas*, de quibus paulo poſt; *Sermones in Paſſionem, Conciones in Feſta Domini & Sanctorum, ſex item de Sanctiſſimo Sacramento.* (*b*) Reliqua enim ſub nomine *Candidi Philalethae* edidit. (*c*) *Blancus* noſter ſequentium copiam fecit:

(1) *Andr. Blanci, Genuenſis, è S. J. Epigrammata.*

(*b*) Plura *Blanci* ſcripta, præter vitam ejus, recitat *Alegambe* in Bibliotheca Scriptorum S. J. p. 47. ſeq. & *Raphaël Sopranes*, de Scriptoribus Liguribus. Ex noſtratibus lege B. *Jo. Frider. Mayerum* in Bibliotheca Theol. Moral. p. 60.

(*c*) Quæ ſub *Philalethæ* nomine edidit, recitantur ab *Aproſio* in *Viſiera alzata* p. 30. hinc in Theatro Pſeudonymorum Placciano n. DXLII.

ta. III. editio aucta Genuæ ex Typogr. Pet. Joan. Calenzani, 1639. 8.

(2) *Carminum* P. II. ut ſupra, 1645. *Piſtomachia*, ſive, *Pugna Fidei*, liber I. *Animi Suſpiria*, liber II.

XXVIII.

ANDREAS CAVALCANTUS, (*d*)

Nobilis Florentinus. Huic *Minozzius* carmen aliquod in *Viduam pulcherrimam*, quod p. 138. inter *Affectus canoros*, Specimine II. *Poëticarum Meditationum* an. 1633. excuſo legitur, ita inſcribit: *Andreae Cavalcanto, juveni eruditiſſimo.* Si non legiſſem epiſtolam dedicatoriam libri II. Poëmatum *Nicolai Heinſii*, Poëtæ, Seculo Auguſteo non inferioris, doctiſſimo *Carolo Dati* inſcriptam p. 173. his inter cetera verbis: *Sanctam mehercules habebo ſemper* Jo. Baptiſtæ Donii *memoriam*, *non tam ſuo nomine*, (*& ſi hoc quoque*) *aut*, *quod Freſcobaldos*, Cavalcantes, *Gaddios*, *Cultellinos*, *alios*, *urbis veſtræ viros præcipuos*, *mihi conciliarit*, *quorum amicitiam feci hactenus*, *& faciam porro maxime* &c. Quod ſi noſter nihil præterea præſtitiſſet, ſufficeret cognitum illum habere ex elogio Sepulchrali, quod ab aculeato *Bened. Mariotti* calamo profectum, p. 105. legitur in libro ſequente:

Ver-

(*d*) *Cavalcantus* hic Societati literariæ Florentinæ fuit adſcriptus, vitaque functus an. 1672. Multas variique generis commentationes in literas retulit, quarum tamen paucæ admodum lucem viderunt. Indicem earum habes in *Julii Nigri* Hiſtoria Scriptorum Florentinorum p. 33. Adde *Jac. Gaddium* in Elogiis, *Jo. Cinellum* in Bibliotheсe Volante, Sect. IV. & Notitias Literarias Academiæ Florentinæ, Parte I.

Vertumnus, ſive Elogiaſtica, Encomiaſtica, & Acclamatoria Inſtitutio : in qua etiam de epitaphio & epigraphe. Piſis in officina Franc. Tanagli. Dolet mihi, quod non integram deſcripſi. Effigies ejus, eruditionis, humanitatis & elegantiæ index, conſpicitur in Bibliotheca *Aproſiana*, in qua etiam ſequentes libri ex dono ejusdem exſtant :

(1) *Rhetorica M.Bartholom. Cavalcanti, (e) Nobilis Florentini, in VII. libros tributa, qua omnia Artis Oratoriæ præcepta continentur.* Edit. III. ab auctore denuo recognita, & multum aucta. Venet. 1560. fol. *(Ital.)*

(2) Exſequiæ Sereniſſ. Ferdinandi II. MagniDucis, Florentiæ auſpiciis Coſmi III. celebratæ. Florent. apud Evangeliſtam & Matinium 1671. 4. *(Ital.)*

(3) *Oratio funebris in obitum Ferdinandi II. Magni Ducis*, in exſequiis publice dicta à Ludov.Rucellai. Florentiæ, ubi ſupra. *(Ital.)* Sed locus non deerit de eo denuo, ubi primam alphabeti literam profligaverimus, diſſerendi.

XXIX.

ANDREAS FOSSA,

Nunc Abbas Generalis Canonicorum Regularium Lateranenſium, liberaliſſimum ſe in F. *Angelicum* præſtitit. Oratorem Sacrum egregie agebat. Veniam vitæ peſtilentia, quæ Genuam tantum non penitus vaſtaverat, ipſi fecerat, neque tamen parcebat mors, quæ ſequente anno illum abſtulit. Dono ejus debentur libri ſequents :

(1) *Lyceum Lateranenſe, illuſtrium Scriptorum Sacri*

(e) De eo videbis, ſi placet, eundem *Nigrum* p. 79.

Sacri Apoſtolici Ordinis Canonicorum Regularium Salvatoris Lateran. Elogia, Celſo de Roſinis, Cæſenate, ejusdem Inſtituti D. Theologo & Abbate auctore, lib. XX. ad faciliorem ordinem digeſta. In quibus eorum opera edita recenſentur, editionesque notantur: &, quæ MSS. integra reliquerunt, in quibusnam Bibliothecis aſſerventur, adducitur. Tomis II. Cæſenæ ex typogr. Nerii, 1649. fol. (*Lat.*)

(2) *Generalis totius Sacri Ord. Clericorum Canonic. Hiſtoria Tripartita, cujus in I. Parte de Clericali SS. P. Auguſtini Inſtituto & Habitu. In II. de origine procurſuque totius Ord. Canonic. Regular. Id III. de Congregat. Lateran. Canonicorum Salvatoris locupletiſſime diſſeritur.* Gabriele Pennoto, Novarienſe, ex Congr. Later. S. Iuliani apud Spoletum Abbate ac Theolog. auctorem. Romæ ex Typog. Cam. Apoſt. 1624. in fol. (*Lat.*)

(3) *Animadverſiones Creſcentii Pepe da Suſa ad Joſeph. degli Aromatari ſuper Reſponſiones ejus ad Conſiderationes Alexandri Taſſoni ſuper rhythmos Petrarchæ.* Mutinæ apud Julian. Caſſini 1611. in 8. (*Ital.*)

XXX.

ANDREAS ONDA,

Cerinnenſis, Notarius. Hic per multos annos in Curia Epiſcopali Albengenſi inſerviebat *Petro Franciſco Coſtae*, tunc Epiſcopo Præſuli vere generoſo & munificentiſſimo, qui de ſuo largiri, quam ab alio quicquam accipere, malebat. Jam quidem Præſules iis interdum utuntur Miniſtris, qui etiam ſine Moſis baculo aquam pecuniæ non dicam ex ſaxis, ſed ex pumicibus, elicere tentant. Ejusmodi Vicarium Epiſcopus an. 1650. habebat Doct. *Jo. Baptiſtum Calvum*, Dianenſem. Erat ſacerdos, D. *Franc.*

Franc. Ricci, Alaſſenſis, qui, tabernæ cuidam vinariæ proximus, & à prætereunte carnifice, per Deum rogatus, daret ſibi, ex itinere feſſo, de quo biberet, precibus ejus audientem ſe præſtabat. Perfertur res ad Vicarium *Calvum*, qui id quidem crimen læſæ Majeſtatis reputans, conſcenſo equo, una cum Cancellario Alaſſium ſe confert, cauſam examinaturus, cujus acta ex magna teſtium advocatorum copia magnum volumen chartaceum conficiebant. Re intellecta, Epiſcopus, Miniſtri factis offenſus, hæc pronunciabat: *Sacerdos* Riccius *non habet argentum, quod tibi det, nec vult dare, & tu eum ſpoliare non potes.* O ſanctum Præſulem! Vicarius itaque ſe domum proripuit, cum ocreis, quæ non erant ipſius, ſed Cancellarii: qui & ocrearum, & chartæ & laboris jacturam faciebat. Hoc ipſe (Epiſcopus) Fr. *Angelico* teſtabatur, cum ſequentem illi librum donaret:

Selectio aurea Caſuum reſervatorum omnibus Curatis cæteriſque Confeſſariis apprime neceſſaria. In qua declarantur etiam Caſus reſervati Epiſcopo Lunenſi Sarzanenſi. Auctore A. R. D. Lactantio Finellio de Maſſa, S. T. D. Cathedralis Eccleſiæ Lunenſis Sarzan. Canonico Theologo. Lucæ apud Octav. Guidobonum 1608. ſumtibus Balthaſ. Peregrini Genuenſis, in 4. (*Lat.*)

XXXI.

ANDREAS PESCULIUS, (*Peſchiuli*) (*f*)

Corglianenſis Hydruntinus. Afferam primum libros donatos, deinde de ipſo aliqua additurus.

(1) *Rhyth-*

(*f*) *Peſculius* hic an. 1601. natus vitam finiit an. 1691. varia

(1) *Rhythmi & Satiræ* Pauli Jordani II. Ducis Brygianenſis (Braccio) Brygiani per Andr. Fei, 1649. 4. (*Ital.*)

(2) *Perſius carmine redditus & illuſtratus à Franc. Stelluti*, Academico Lynceo da Fabriano. Romæ apud Jac. Maſcardum 1630. in 4. Ex opera hac laudatus fuit auctor à *Laur. Legato* in Athenæo Poëtarum MS. ſequenti Epigrammate, quod locum hic occupare meretur:

Quo non pertingunt aliorum lumina LYNCEUS
Pertigit, & lucem STELLIFER ipſe dedit.
Quid tenebras inter perdes nunc, FLACCE, legentes?
Diffugiunt tenebræ, LUX ubi tanta micat.

(3) *Sennacherib*, Ode reſponſoria ad Illuſtriſſ. Tobiam Pallavicinum Genuæ in 12. (*Ital.*)

(4) *Speculum Principum*, pœma *Andreæ Peſchiulli*. Romæ per Paulum Monetam, 1668. 4. (*Ital.*)

(5) *Typhis*, Ode Panegyrica ejusdem in coronationem Alex. Spinolæ Ducis Genuenſis. Genuæ 1614. 4. (*Ital.*)

(6) *Pollux*, Ode Panegyrica, Foraſtieri Hydruntini in coronationem Ducis Genuenſis Hieron. de Franchi. Ibid. per eundem 1652. 4. (*Ital.*)

(7) *Raptus Orithiæ*, Melodrama A. P. MS. in 8. (*Ital.*)

Fr.

varia eaque duriora fata expertus. Plura manu exarata reliquit, quam edidit. Illa diligenter enarrantur in Vitis Arcadum Tom. II. p. 107. ſeq. Lege præterea *Creſcimbenii* Commentarium in Hiſtoriam Pœſeos vernaculæ Vol. II. lib. V. p. 336. *Jo. Cinellum* in Bibliotheca Volante Sect. VI. p. 6. & *Anton. Guzzi* in Agrophilo ſive Ruſticatione Tuſculana.

Fr. *Angelicus* de rebus amicorum ſuorum nova intelligendi cupidus, anno 1662. inclinante ad *Leonem Allatium* ſcripſit, qui 20. Januarii ſequentis anni hæc reſcripſit: Henricus *ſuperſtes eſt, ſtudiisque vacat, ad omnia alia, per oculorum vitium, ineptus.* Peſchiullius *bene habet, at, dum Romæ commoratur, omnibus vitæ commodis privatum ſe ſentit. Pudeat Romam!*

Audiamus, quæ *Anton. Guzzi*, vir eruditus & omni laude digniſſimus, in *Agrophilo* ſuo, ſive *Ruſticatione Tuſculana*, Romæ typis Fabri de Falchis, 1669. in 8. p. 176. de eo tradit: Andreas Luceſpius (*Peſculius*) *primus ex omnibus venit in mentem. Hujus admirabilem in verſu cum Latino, tum Etruſco felicitatem, & plenum animæ ſtylum, ſententiarum luminibus, & majeſtate dictionis ſupra noſtrorum Poëtarum vulgus aſſurgentem, omnes, quicunque latine ſciunt, laudant, admirantur extollunt. Ex antiquioribus libris fere nullum, ex recentioribus vix aliquem non evolvit Luceſpius, adeo ut viventem Bibliothecam ab eruditis amicis haud ſemel appellatum, vos ipſos graviſſimos teſtes habeam. Is decimum & ſeptimum jam annum apud Baſileanos agens neminem adhuc invenit, qui tam multæ ac reconditæ doctrinæ viro familiam ſuam augeret, ſive in quotidianos uſus aliquid benigne deferret, in ſumma rei familiaris anguſtia verſanti. Quocirca optimum ſenem à complexu & ſinu Muſarum cura tolerandæ in dies ſingulos vitæ longe avocat, non ſine magno poſteritatis detrimento.* Hoc fieri non debebat! Cum vero non ignoraret, quam efflictim is deſideraret Satiras viri ſummi, *Laurentii Azzolini*, tunc Epiſcopi Ripa-Tranſonenſis, ſequentem, alia quippe deſtitutus, illi mittebat, qua *Luxuria*, auctore & Apolline colloquentibus, tam egregie depexa ſiſtitur in hanc ſententiam:

Laſcia

Laſcia Soratte, ò ſer' Apollo e Cinto,
Vieni inventor dì cianee, e di novelle
Vieni à tratar di Dafni, e di Giacintò.
Ma non condur le nove alme Sorelle,
Se pur vergini ſon, queſta, che io prendo,
Febo, non è materia da Zitelle.

Mallem equidem reliqua, quæ ſequuntur, quam librorum titulos heic adferre. At id quidem F. *Angelicus* non permittit: meum itaque eſt, genio ejus obſequi.

XXXII.

ANDREAS ROSSOTTUS,

Monte Regali oriundus, Monachus Ciſtercienſis, ex Congregatione Reformata S. Bernardi, homo religioſiſſimus & de Republica literaria meritiſſimus.

(1) *Jacobus in patriam revertens, cum uſibus Hiſtoricis, moralibus & Politicis* Andreæ de S. Joſepho Roſſotti, Monachi Bernardini & Prioris S. Johannis Mercatelli Romæ. Romæ per HH. del Corteletti 1646. in 12.

(2) *Philiſtaeus dejectus* cum uſibus iisdem. Ibid. per Jo. Pet. Colligni 1653. 12.

(3) *Viciſſitudines aulæ*, (Peripetie della Corte) repræſentatæ in Vitis Aulicorum, ejusdem lib. I. ad Cardinalem Jo. Hieron. Lomellinum. Rom. 1652. 12.

(4) *Viciſſitudines aulæ*, lib. II. Ibid. per Angelum Bernabo, 1655. 12.

(5) *Viciſſitudines aulæ* repræſentatæ in vitis Aulicorum Imperii C Politani. Ibid. apud eundem 1658. 12. (Hæc omnia *Ital.*)

(6) Axiomata ſacræ & veræ Philoſophiæ divinæ Scripturæ, SS. PP. ſententiis & Doctorum dictis illu-

illuſtrata per D. Andream Roſſottum, &c. apud Pet. Joan. Calenzanum, 1660. in 12. (*Lat.*)

(7) *Virtus triumphans, & vitium depreſſum*, Dialogi morales. Ibid. 1661. 12. (*Ital.*)

(8) *Anti-Diana, ſive Admonitio Apologetica ad R. P. Antoninum Dianum, circa ſuum tractatum de poteſtate ex auctorandi Reges, Decimæ Parti ſuarum Reſolutionum nuper additum.* Per D. Anton. Betancor, V. J. D. 1653. 8. (*Lat.*)

(9) *Morboſæ Europæ ſanitas inſtaurata in Pace, quæ inter duos Galliarum & Hiſpaniarum Reges ſamita eſt* an. 1660, auctore Franc. Viliotto, cive, Medico Montis Regalis. Monte Regali apud Jo. Gislandum 1660. in 12. (*Lat.*)

De hoc libro idem *Roſſottus* in *Syllabo* ſuo *Scriptorum Pedemontenſium* ſub *Franc. Viliotto*, p. 231. ita: *Cum autem Cardinalis morte præventus* Viliotto *debitas non potuiſſet reddere gratias*, Ludovicus XIV. Rex, *ut*, *quanti faceret & libri excellentiam*, & Viliotti *virtutem & doctrinam*, *oſtenderet*; *annua illum donavit penſione.*

Ut autem conſtaret, ſe non eſſe ſimilem amico cuidam Palæphatio, qualis mihi cognitus eſt, ſequentem epiſtolam deſcriptam exhibet:

Domine.

Cum munificentia, quam Rex præſtare pergit in homines eruditos, quorum ſingularia in literas merita exſtant, occaſionem mihi faciat ad te ſcribendi, ingratiſſimum mihi erat futurum, ſi ea nunc non uterer. Cum perſpectum mihi ſit, quanti Illuſtriſſ. Cardinalis Mazarinus ſcripta tua fecerit, de quorum pretio & mihi conſtat; non poſſum non conſilia S. Majeſtatis apud te cum voluptate perficere, lætorque omnino de loco, quem virtus & eruditio tua apud Regem tibi gratioſiſſimum conciliavit. Eadem

vero

vero gratiam hanc perpetuam tibi præſtabit. Quamvis etiam amploira & certiora ejus indicia deſiderare non poſſis, nihilo minus tamen nunquam omittam occaſionem teſtatum tibi faciendi, quod ſim tibi deditiſſimus tuique ſtudioſiſſimus.

COLBERT.

Hi ſunt illi Principes, quorum laudi amplificandæ atramentum impendi poteſt. Et ſane Gallica aula ſemper idem ingenium probavit. Ut alios omittam,quos adducere poteram ; *Marini* cum maxime recordor, de quo Perſius ſæculi noſtri, veteribus nulla parte inferior, *Nicol. Villanum* (g) puta, non tam Piſtojæ , quam totius orbis literati, gloria , in Satyra acutiſſima: *Nos canimus ſurdis* &c. v. 539. ita ſcribit :

Ni ſterilem Phrygiam , Phrygiosque MARINUS avaros
Expertus, Gallorum aliquid ſub ſidere nummûm
Quæſiſſet, multa loculos impleſſet arena,
Enectumque fame Cithereia fleſſet Adonim.

(10) *Opus naturale Politicum , in quo Principatuum regimen, indoles elementorum adumbrat*, auctore eodem. Ut ſupra 1659. 12. (*Lat.*)

(11) *Sacrum Chriſti præſepe* , Cantio Academici Ardeva Toſſato. Genuæ per Calenzanum 1663. 4. (*Ital.*)

(12) *Epiſtola F. Joannis Ludovici Vivaldi* , *Ord. Prædicator. P. Angelo de Cartellis*, *Ord. Minorum in materia Conceptionis immaculatæ Virginis Mariæ, cum Carletti Reſponſione.* MS. in fol. (*Lat.*)

Hu-

(g) Illum magis cognitum habere poteris ex *Jani Nicii Erythræi* Pinacotheca, Parte I. p. 188.

Digitized by Google

Hujus mentio fit in *Syllabo Scriptorum Pedemontenſium* ejusdem, ſub nomine *Joan. Ludovici* ex nobiliſſima *Vivaldorum* familia p. 371. & ſub nomine *Angeli Carletti de Clavaſio*, p. 52. ubi ita: *Exſtat MS. in nobiliſſima Bibliotheca Ventimillienſi P. Angelici Aproſii, Congregationis Genuenſis S. Auguſtini.* Fallitur autem bonus, imo optimus Pater, cum nullæ *Aproſii* vel Patris vel Fratris in ea Congregatione ſint partes.

XXXIII.

ANDREAS VALFREDUS, (*Valfrè*)

Broidenſis (*di Brà*) in Pedemontio, oppido Archiepiſcopatus Taurinenſis, juxta flumen *Stura*, ea ſcilicet fere parte, qua *Tanaro* unitur, urbe, egregiorum virorum fœcunda matre. (Tales fuerunt & ſunt inter ceteros F. *Paulus Britius*, jam Albæ Pompejæ Epiſcopus, *Jo. Baptiſta Boninus*, Doctor S. Theolog. & utriusque Juris, Vicarius Generalis ejusdem, quoad fuerit ſuperſtes; *Pet. Anton. Parruzza*, ICtus & Theologus; *Thomas*, & *Jo. Anton. Operti*, *Carolus Mathis*, Iuris peritus & cauſarum patronus, centumque alii, qui non ſolum Academiam *Incultorum* Taurinenſem, ſed etiam celebratiſſimam Univerſitatem *Apathiſtarum* Florentinam, cujus ſocii ſunt, illuſtrarunt.) Vir hic nobiliſſimus multa ſcripſit, (quæ tamen per temporum injuriam prelum exercere non potuerunt,) non Themidi minus quam Muſis amicus, in utraque Latii lingua, ſive proſa ſive vorſa oratione, egregie commentatus. Sequentes favori ejus debentur:

1) *Pedemontium ſupplex*, *Idyllium in reditum ex Sabaudia Caroli Emanuelis*, Andreæ Valfre di Bra. Cunei apud Chriſtoph. Strabellum 1643. in 4.

E (2) *Gra-*

(2) *Gratiæ nutrices*, Genethliacum in X. Febr. natalem Chriſtianæ, Ducis Sabaudiæ, & Cypri Reginæ. Ejusdem. Carmagnolæ apud Bernardin. Colonnam, 1645. in 4.

(3) *Jactationes & Promiſſa virtutis ac fortunæ*, in XX. Junii natalem Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ &c. Carmagnolæ per Bernardinum, &c. 1645. 4.

(4) *Civitas amabilis*, Panegyricus in reditum Ducis Caroli Emanuelis. Ut ſupra 1643. 4.

(5) *Memoria* ſive, *inſtructio Senis patrui* (Ricordi del Vecchio Zio) Andreæ Valfre di Brà, in laurum legalem Nepotis ſui, Andreæ Valfré. Turini apud Jo. Jac. Ruſtis, Sacri Collegii Typographum. 1664. in 4.

(6) *Exemplum* in Doctoratum Jo. Michaelis Saraceni di Bra. Ejusdem ibidem ut ſupra in 4.

(7) *Duæ laureæ* in Doctoralia inſignia *Jo. Georgii* & *Antonii Mariæ Boarinorum* fratrum, item Doctoris & Advocati *Andreæ* &c. qui inter *Apathiſtas* Florentinos *Serenus* audit. Monte Regali 1666. in 4.

(8) *Tudicula* (il maglio) in Doctoratum *Jac. Anton. Magliani*, civis Taurinenſis, ejusd. Auguſtæ Taurinorum per HH. Caroli Gianelli. 4.

(9) *Matrimonium illuſtre*. Epithalamium in nuptias Caroli Emanuelis II. Ducis Sabaudiæ, & Franc. Borbonæ Valeſiæ Principis. Ejusdem MS. αὐτόγραφον in 4. verſuum 1424.

(10) *Bellum Pacificum*. Hexaſticha Epithalamica in nuptias Comitis, Jo. Franc. Guerra. 1654. MS. in 4.

(11) *Cantus Sereni*, Epithalamium in nuptias Comitis Ludov. Anton. Benzi Santena, & Dorotheæ Margarethæ Balbianæ, MS. in 4.

(12) Ad D. Joan. Vintimiglia, ex antiquis Comitibus Intemelienſibus ortum, Academicum *Fucina-*

cinatem, Meſſanenſem, ut hiſtoriam Comitum ſuæ gentis proſequatur, ad quam operam ab Angelico Aproſio velementer eſt incitatus. Ode MS. in 4.

(13) *Obitus D. Joan. Vintimiglia*, ad Franciſcum filium adoptivum, qui ad Patris ſui curas continuandas permovetur.

(14) *In pompam funebrem*, quæ Braidæ in memoriam Reverendiſſ. Pauli Brittii, Albæ Epiſcopi à Marchione, Carolo Emanuele Britio, nepote ejus, celebrari debebat, ſub titulo VOX, ſequentia elogia verſus & Oden fecerem. MS. αὐτόγραφον in 4. Elogiorum ſunt X. Ode autem una. (Superiora omnia ſunt *Ital.* ſcripta.)

(15) Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. *Franciſci Auriæ*, Dulciſaquæ Perinaldi Apricalis Inſulæ & Rochetæ Marchionis &c. Andreæ Valfredi J. U. C. Bradenſis Elogium MS. in fol. (*Lat.*)

(16) Ad Illuſtr. D. D. *Jo. Franc. Lauredanum*, Patricium Venetum, & literatorum hujus Seculi Solem. Elogium MS. in fol. (*Lat.*)

Quamvis hoc in *Lauredani* operibus, tanquam Auguſtæ Taurinorum editum, afferatur, certiſſimum tamen eſt, operas nunquam, ingratiis Auctoris, exercuiſſe. Amicus ille erat *Marini* Equitis, & *Theſauri*, Abbatum, *Botero* vero Abbati inde ab adoleſcentia cariſſimus. Conſtitutum habebat Pharſalia *Lucani* (*h*) Paraphraſi Italica metrica ſiſtere. Quam facile autem erat, colophonem verſioni imponere, tam difficile, eum invenire, qui formis exſcriberet: quamvis non tam ſpes, quam certiſſima promiſſio ab Equite aliquo facta eſſet. Sepulta itaque

(*h*) *Lucani* metaphraſtas Italicos recitat *Jo. Albertus Fabricius* noſter, vir eruditiſſimus, in Bibliotheca Latina Vol. I. p. 383. & Vol. II. p. 536. ubi & *Valfredi* noſtri ex hac Aproſiana Bibliotheca fit mentio.

que adhuc in ſcriniis Auctoris jacet, beneficam Numinis, ex tenebris reſuſcitaturi, manum exſpectans. In ſolatium viri eruditiſſimi & optimi, faciendum putavi, ut in ſpecimen operis aliquot ſaltem verſus hic legerentur, qui & D. *Andream Valfredum*, ejus nepotem, cui litare Muſis volupe eſt, ſolari poſſint.

L'Arme più, che Civili, il Giuſto in preda
Dato in Emathia à ſcelerato ferro,
Se m'aſſiſtete, Heſperie Muſe, io canto.
E per troppo poter un impotente
Popolo á por' à rie licenze il freno,
Che con vittorioſa e vinta deſtra
Nel proprio ſeu la patria ſpada immerſe,
Cognati Duci, e conſanguinei campi,
Che rotte del Regnar le ſante leggi,
Di tutto 'l mondo à gara al fiero ſtratio
A l'excidio commun ſpinto, e commoſſo,
Con le forze pugnaro unite, e ſparte.
Minaccioſe trà lor, tra loro infeſte
A bandiere bandiere. Inſigne à Segni,
A Veſſilli Roman, Roman Stendardi,
(Et ò più che Civili hoſti incivili)
Aquile ad altre oppoſte, e Pili à Pili.
Qual furor? qual pazzia, qual di battaglia
Mai ceca inſania, o cittadia vi ſpinſe
D'abbondonar di ſconoſciute Genti
Il buon ſangue Latino a l'empia rabbia?
Che mentre ſi dovea gonfia, e ſuperba
De gli Auſonii trofei ſpogliar Babelle,
Et ch' inulta di Craſſo erra ancor l'ombra,
Guerra di face intraprendeſte, à cui
Non venia decretato alcun trionfo &c.

Hæc eſt paraphraſis duodecim primorum Poëtæ verſuum. Multi quidem eandem operam huic Poëtæ

tæ præſtiterunt, inter quos tamen noſtro primum vel primo proximum locum cedendum eſſe exiſtimem. Scribebat is aliquando elegiam in laudem *Laurentii Scoti*, Abbatis, quæ ad ipſum perferebatur in lecto ex pedibus & manibus laborantem, eo tempore, cum præſentem ſibi haberet *Emanuelem Theſaurum*, Abbatem, qui omnis veræ & delectæ eruditionis eſt theſaurus. Hujus ope epiſtolam aperiebat, eaque lecta ita pronunciabat: *Niſi noſſem, Ovidium eſſe mortuum, eum in ſtylo hoc renatum credidiſſem.* Quicunque rectum de rebus judicium ferre didicit, non aliter ſentiet, ſi vel obiter præclara ingenii ejus monimenta inſpexerit. *Joannis Boteri* (*i*) amicitiam ſibi conciliabat anagrammate quodam in nomen ejus facto, & Hexaſticho ſequenti explicato:

JOANNES BOTTERUS

Anagramma:

NESTOR SENIO TUBA.

ELOQUIO inſignem, nec non quid garrula longo
Confectum ſenio Neſtore fama canit?
Dicat JOANNEM Pyliam mentita ſenectam;
Nam novus eſt SENIO NESTOR in orbe TUBA.
Ergo iterum referet Vates hæc Carmina, melle
Dulcius ex ejus profluit ore melos.

Cum-

(*i*) *Jo. Boteri* in literas merita diligentius celebrant *Niceronius* in *Memoriis* virorum ex literis illuſtrium, gallice editis, Tom. XXIV. p. 305. & *Baelius* Tom. I. p. 664. Adde *Thom. Crenium* Tom. I. Methodorum p. 522. 538. 540. & alias, Tom. II. p. 386. 394. item Bibliothecam Fabricianam Tom. V. p. 196.

Cumque ille (*Boterus*) Parte II. *Dictorum Memorabilium*, cui præ reliquis ſcriptis multum tribuebat, dicat: *Anagrammata ſpuma ſunt ingeniorum inferioris ordinis* (vid. editionem Brixienſem anni 1610. 8. p. 178.) (*k*) anagramma hoc illi exhibere vix audebat. Reſpondebat autem alter: *Verum eſt, me ita ſcripſiſſe, neque tamen intellecta hæc volui de anagrammatibus ſimilibus huic, quod tam egregio illi Petrarchæ verſui reſpondet:*

Neſtor, che tanto ſeppe, e tanto viſſe.

Animus erat, indicem omnium ejus ſcriptorum hic deſcribere, ſed per copiam, quæ ſe mihi offert, fieri illud non poteſt. Fortaſſe alia occaſione id fecero. Neque tamen omittere poſſum duas alias ejusdem commentationes Latinas, quæ manu *F. Angelici* deſcriptæ in Bibliotheca Aproſiana exſtant.

(17) *Euchariſticon Andreæ Valfredi, Broidenſis, J.C. pro ſui in Illuſtriſſ.* APATHISTARUM *Florentinæ civitatis Academiam adoptione.* in 4.

(18) *Euchariſticon ad Illuſtriſſ. D. D. Academicos Eugubinos, pro ſui in illorum Academiam benigna electione, ſub auſpiciis Illuſtriſſ. D. D. Vincent. Armanni, ejusdem digniſſimi Protectoris & Principis,* 1657. (*l*)

XXXIV.

(*k*) Similia de anagrammatibus judicia lege in *Menagianis* p. 401. edit. primæ, & in *Adriani Valeſii* carminibus p. 55. Junge & B. *Jo. Moelleri* Hypomnemata ad Morhofii Polyhiſtorem p. 405.

(*l*) De *Valfredo* noſtro nihil admodum ab aliis commemoratum lego. Ea tamen opera perfunctum inprimis eſſe ſuſpicor *Andream Roſſotum* in Syllabo Scriptorum Pedemontanorum, *Montergali* 1670. 4. edito, qui nunc non eſt ad manus.

XXXIV.

ANFRANUS MATTHIAS FRANSONUS, (*m*)

Frater Caſparis & Mariæ Magdalenæ Saoli, nepos Cardinalis *Jacobi*, Epiſcopi Camerinenſis. Si alii benevolentiam ſuam inſtar pluviæ in Aproſianam ſtillare fecerunt, Eques hic nobiliſſimus, ad cujus laudes deſcribendas *Andreæ Peſculii* calamo opus fuerit, eam penitus inundavit. Teſtimonio erunt libri, quos in perpetuam munificentiæ ejus memoriam recitabo.

(1) *Theatrum Sympatheticum auctum, exhibens varios auctores de pulvere Sympathetico quidem: Digbæum, Strauſſium, Papinium & Mohyum. De unguento vero Armario Robertum, Helmontium, Fluddum, Beckerum, Borellum, Bartholinum, Servium, Kircherum, Matthæum, Sennertum, Wæchtlerum, Nardium, Freitagium, Conringium, Burlinum, Fracaſtorium & Weckerum. Præmittitur his Sylveſtri Rattray aditus ad Sympathiam & Antipathiam.* Editio noviſſima correctior, auctior, multiſque paraſangis melior. Norimbergæ apud Jo. Andr. Endterum & Wolfgangi junioris hæredes, an. 1662. 4.

(2) *Libanii Sophiſtæ Præludia Oratoria LXXII. Declamationes XLV. & Diſſertationes Morales* Federici Morelli. Pariſ. ex officina Typogr. Claudii Mo-

(*m*) G. *Franſonius*, Genuenſis, obiit diem an. 1679. & carmine inprimis valuit. Vide *Creſcimbenii* Commentarium in Hiſtoriam Poëſeos vernaculæ Parte V. Vol. II. lib. 5. p. 342.

Morelli, via Jacobea ad inſigne fontis, 1606. fol.

(3) *Euſebii Hiſtoria Eccleſiaſt.* per Magiſtrum Goffredum Bouſſardum, Sacræ paginæ D. eximium, exactiſſime correcta & emendata diligentia Petri Levet Pariſiis impreſſa, expenſis Joan. de Combelens, & præfati Levet. A. 1492. pridie Cal. Septembr. fol.

(4) Ejuſd. *Evangelicæ Demonſtrationis* libri X. Donatus Veronenſis vertit. Venet. in officina Aurel. Pincii, Veneti, 1536. menſe Martio, in fol.

(5) Ejusdem *de Evangelica Præparatione*, libri X. in fol. Hic liber caret titulo & nomine Interpretis, qui tamen ex *Geſneri* Bibliotheca fol. 231. B. intelligitur fuiſſe *Georg. Trapezuntius*, juſſu Papæ Nicolai V. Pontificis ab ipſis adeo heterodoxis laudati. De eo enim *I. C. Dietericus* in Breviario ſuo p. 339. ita: *Pontifex humilis genere, ſed conſpicuus virtute, raroque exemplo felicitatis uno eodemque anno Epiſcopus, Cardinalis & Pontifex*, & *Jo. Lomeierus* in libro ſuo ſingulari de Bibliothecis cap. IX. Sect. I. p. 179. *Laudatur hujus Pontificis Max. liberalitas, qua in omnes uſus eſt; maxime vero erga literatos, quos & pecunia & officiis curialibus & beneficiis mirifice juvit. Eos enim præmiis nunc ad lectiones publicas, nunc ad componendum de integro aliquid, nunc ad vertendos Græcos authores in Latinum perpulit, ut literæ Græcæ & Latinæ, quæ ſexcentis jam antea annis, in ſitu & tenebris jacuerant, tunc demum ſplendorem adeptæ ſint. Miſit & literatos per omnem Europam, quorum induſtria libri conquirerentur, qui majorum negligentia & barbarorum rapinis jam perierant. Iurium libros, ex tota Græcia perquiſitos, ad ſe juſſit afferri, & in Latinam converti linguam curavit, magna præmia tralatoribus præbens.* &c. *Cum ei renuntiatum eſſet, quosdam eſſe Romæ, qui bonos verſus facerent, negavit bonos eſſe.* Cur enim, *inquit*, ad me non ve-

veniunt, qui Poëtis etiam malis pateo. *Hermolaus Barbarus* præfat. in Plinium. O ſuaviſſimi mei *Bonomii*, *Floravantii*, *Legati*, *Baptiſtæ*, *Peſciulli*, *Brugverii*, *Ottanii*, *Minozzii*, *de la Chieſa*, *van den Braccke*, *Adriani*, quare datum nobis non fuit Pontificis tam Sancti temporibus vivere? Et vel ſic tamen ille ſcuticæ malorum Chriſtianorum obnoxius fuit. Cum enim palatium ſumtuoſiſſimum exſtrui, illiusque epiſtylio tres ſequentes literas P. N. V. i. e. PAPA NICOLAUS QUINTUS, incidi feciſſet, illas quidem nonnulli diabolica dicacitate interpretari audebant: PAPA NIHIL VALET. Nec ſucceſſori ejus CLEMENTI IX. moleſtiæ defuerunt. Sicut enim noſter, auctore *Platina* in Vita ejus, ex jactura C Poleos vitæ jacturam fecit; ita *Clementi* Cretæ jactura vitam ademit. Quamvis enim is ex pedibus miſere laboraret, *nihil fuit*, *quod æque hominem cruciaverit*, *quam ubi audivit*, *Conſtantinopolin & Peram eodem impetu a Turca captam*, *obtruncatumque cum multis hominum millibus C Politanum Imperatorem*, *captum quoque arbitrabatur & necatum Cardinalem Rutenum* &c. Quod vero ad Clementem Cretæ expugnatione ita afflictum, ut diem obiret, attinet, novi elegantiſſimum *Peſciulli* mei carmen in *Aproſiana* exſtare. Quis vero illud in tanta omnium confuſione invenerit? Certum eſt, me illud non negligenter habuiſſe. Ut vero ad propoſitum tandem revertar, & locus editionis & nomen Typographi ex octaſticho *Antonii Cornazzani* intelligitur, quod ita habet:

Artis hic & fidei ſplendet mirabile nomen,
Quod fama auctores, auget honore Deos.
Hoc Jenſon Veneta Nicolaus in urbe volumen
Promſit: cui felix Gallica terra parens.
Scire placet tempus; Mauro Chriſtophorus Urbi
Dux erat: æqua animo Muſa retecta ſuo eſt.

Quid magis artificem peteret Dux, Chriſtus & Auctor?
Tres facit æternos ingenioſa manus.
M. CCCC. XXXC.

(6) Ejusdem *Evangelicæ Demonſtrationis* libb. X. Donatus Veronenſis vertit. Venetiis in Officina Aurelii Pincii Veneti, A. D. 1536. menſe Martio, fol.

(7) *Euripides Poëta, Tragicorum Princeps*, in Latinum ſermonem converſus, adjecto è regione textu Græco: cum annotationibus & præfationibus in omnes ejus Tragœdias, auctore *Gaſparo Stiblino*. Acceſſerunt de Euripidis vita ex diverſis Auctoribus collectanea. Item de Tragœdia, & ejus partibus προλεγόμενα quædam. Item *Jo. Brodaei*, Turonenſis, Annotationes doctiſſ. nunquam antea in lucem editæ &c. Baſileæ, 1562. fol.

(8) *Strabonis Geographicorum libb. XVII.* olim, ut putatur, à *Guarino Veronenſi* ac *Gregorio Tiphernate* latinitate donati, jam denuo a *Conrado Heresbachio* LL. Doctore ad fidem Græci exemplaris auctorumque, qui huc facere videbantur, recogniti, ac pleriſque locis de integro verſi. &c. Baſil. apud Jo. Walder 1539. fol.

(9) *Luciani Samoſatenſis Opera*, quæ quidem extant, omnia, per *Jacobum Micyllum* translata, Lugduni apud Joan. Frellonum 1549. fol.

(10) *Suidæ Hiſtorica, cæteraque omnia, quæ ulla ex parte ad cognitionem rerum ſpectant:* opera ac ſtudio Hieron. Wolfii in Latinum ſermonem converſa, nunc vero & emendata, & aucta. Baſileæ ex officina Hervag. per Euſeb. Epiſcop. 1581. fol.

(11) *Pomponii Melæ de Orbis ſitu* libri III. accuratiſſime emendati, una cum Commentariis *Joach. Vadiani*, Helvetii, caſtigatioribus &c. Lutetiæ Pariſ. 1530. fol.

(12) *A-*

(12) *Adriani Turnebi* Adverſariorum Tomi III. Argentinæ, ſumtibus Lazari Zetzeneri, 1599. fol.

(13) *Octavii de Ferrariis de re veſtiaria libri* VII. Quatuor poſtremi nunc primum prodeunt, reliqui emendatiores & auctiores. Adiectis iconibus. Patavii, typis, Pauli Frambotti 1654. 4.

(14) *Synopſis veterum Religioſorum rituum atque Legum, Notis ad Conſtitut. CC I. RR. comprehenſa.* Opera & ſtudio Anton. Caraccioli, ejusdem Ord. Presb. S. Theat. II. edit. pluribus auctior. Pariſ. ſumtibus Nicol. Bura, 1628. 4.

(15) *Laurent. Pignorii, Patavini, de ſervis, & eorum apud veteres miniſteriis Commentarius.* Auguſtæ Vindelic. 1613. 4.

(16) *Vetuſtiſſimæ Tabulæ æneæ ſacris Ægyptiorum ſimulacris cœlatæ accurata explicatio* &c. Auctore Laurent. Pignorio Patavino. Acceſſit ab eodem auctarium, in quo ex antiquis ſigillis, gemmisque ſelectiora quædam ejus generis & veterum hæreticorum amuleta exhibentur. Venet. apud Jo. Anton. Rampazettum, ſumtibus Jac. Franci. 1605. in 4.

(17) *Magnæ Deum Matris Idea, & Attidis initia. Ex vetuſtis monumentis nuper Tornaci erutis.* Edente iterum & explicante accuratius ad veterum Auctorum mentem Laurentio Pignorio. Venetiis ex Typographia Miſſerina, ſumtibus Pet. Pauli Tozzii. 1624. in 4.

(18) *Opera Orontii, Finei, Delphinatis, in quinque partes tributa, Arithmeticam, Geometriam, Coſmographiam, & de Horologiis.* Converſa à *Coſmo Bartolo*, item de *Speculis*, ex verſione *Herculis Botrigari*, Equitis, Venet. apud Franciſcum Franciſci Senenſem. 1587. in 4. (*Ital.*)

(19) *Theatrum plauſuum* in electione & corronatione Sereniſſ. Lucæ Juſtiniani, Ducis Genuenſis. Ibid. per Calenzanum 1646. fol. (*Ital.*)

(20) *M.*

(20) *M. Vitruvii de Architectura libb. X. ſumma diligentia recogniti atque excuſi.* Additis *Julii Frontini de Aquæductibus libb.* propter materiæ affinitatem, 1523. Florentiæ apud heredes Philip. Iuntæ in 8.

(21) *Petrarcha cum expoſitione Jo.Andr. Ceſvaldi.* Venet. per Jacob. Vidalum 1574. 4.

(22) *Gvilielmi Britonis*, Aremorici, *Philippidos* libb. XII. *Caſp. Barthius* recenſuit, & animadverſionum commentario illuſtravit. Genuinus hujus operis titulus ſit; Speculum Boni, paceque & bello Pii, cordati & fortunati Principis, qualis deſcribitur, & re vera fuit Francorum Rex, Philippus Auguſtus a Deodatus,qui regnavit ab A. C. 1180. usque ad an. 1223. ſeminclufum. Cygneæ excudebat Melchior Gopnerus, ſuis ac Jo.Scheibii Bibliopolæ Lipſ. ſumtibus 1657. in 4.

(23) *Philippi Cæſii à Zeſen Cœlum Aſtronomico Poëticum*, ſive Mythologicum Stellarum fixarum, h. e. Signorum cœleſtium, ſive Conſtellationum omnium ad certas imagines reductarum, inque Cœlo fictitio ſive Organo Globi Aſtronomici continui, mythologico nomine & pictura ab antiquis repræſentatarum ſuccincta deſcriptio. Amſtelod. apud Joan. Blæu. 1662. 8.

(24) *Mart. Geieri L. de Ebræorum luctu, lugentiumque ritibus*; è ſacris præcipue, nec non R. Moſis, benMaimon tit. Efel aliisque. Lipſiæ, impenſis Hæredum Henning. Groſſi, an. 1656. in 12.

(25) *Nicol. Cragii Ripenſis*, *de Republica Lacedaemoniorum* lib. IV. ad Ampliſſ. Daniæ Cancellarium. Lauſannæ apud Petrum Sant-andreanum 1593. 4.

(26) *Heraclidae Pontici de Politiis libellus*, cum interpretatione Latina, edente *Nicolao Cragio.* Ut ſupra.

(27) *Ex Nicol. Damaſceni, Univerſali Hiſtoria,* ſeu

ſeu de moribus Gentium libb. excerpta Jo. Stobaei Collectanea, quæ Nic. Cragius latina fecit, & ſeorſum edidit. Excudit idem, qui ſupra, &c.

(28) *Jo. Seldeni JC. Angli de Diis Syris Syntagmata II.*&c. Editio juxta alteram emendatiorem, & tertia parte auctiorem tertia. Lipſiæ impenſis Jo. Brendelii, charactere Jo. Erici Hahnii, an. 1662. 8.

(29) *Jo. Loccenii de Iure maritimo & navali libb.* III. Edit. II. emendatior & auctior. Holmiæ ex offic. Jo. Janſſonii, an. 1652. 12.

(30) *Joan. Stobaei Sententiae ex Theſauris Graecorum delectae, quarum Auctores circiter CCL. citat, & in Sermones ſive Locos Communes digeſtae.* A Conrado Geſnero in Lat. ſermonem traductæ. Lugd. apud Seb. Gryphium, 1655. in 16.

(31) *Laevini Torrentii S. R. E. Protonot. Poëmata Sacra.* Antverp. ex offic. Chriſtoph. Plantini, Architypogr. Regii 1575. in 8.

(32) *Opus de nimia obſoniorum appetentia* per *Stephan. Nigrum* de Muſonio Græco excerptum. Mediolani per Joan. de Caſtelliano, an. 1571. menſis, Iulii 4.

(33) *Stephanus Niger epiſtolam alloquitur, quae ad eximium virum Jo. Franc. Marlianum acceſſum parat.* Non omittendum hic eſt *Nigrum* à *Geſnero* in Bibliotheca & ab Abbate *Philippo Picinello*, (n) in Theatro Eruditorum Mediolanenſium pro cive Mediolanenſi venditari, ubi etiam tempori-

(n) Lege *Picinellum* p. 499. ubi *Nigrum* illum Græcarum Latinarumque literarum peritiſſimum ait fuiſſe, variasque ejus & veterum Scriptorum interpretationes & alias commentationes laudat. De eodem procul dubio præcepit *Franc. Ariſius* in Cremona literata, Parmæ an. 1702. edita, quæ nunc non eſt ad manus.

ribus Franciſci Sforzæ II. literas Græcas publice docuerit. At *Laurentius Legatus*, Cremonenſis, Profeſſor Græcarum literarum Bononienſis, in ſuo *Herculis Lyceo* MS. *Cremonae* eum fortiter vindicat, tanquam qui in arce celebratiſſima *Caſalis majoris*, quod eruditis vetus *Bebriacum* eſſe videtur, ſit oriundus. Quam in rem non ſolum Scriptorum domeſticorum, qui ſuſpecti videri proterant, teſtimoniis utitur, ſed teſtem quoque advocat *PieriumValerianum*, Bellunenſem, *Nigri* æqualem, qui de eo multis differit lib. II. de infelicitate Literatorum p. 66.

(34) *Apologia Bartholomaei Philippinei Gaphuriani nominis aſſertoris in Jo. Vaginarium Bononienſem.* Taurini per Franciſc. de Sylva, impenſis Andreæ Calui, tertio Kal. Septembr. 1521. 4.

(35) *Inſignia Caſatarum*, *Nobilium Genuenſium*, *ad Rempublicam adminiſtrandam provectorum* &c. per *Auguſtin. Franſonem* Thomæ filium, Nobilem Genuenſem. Genuæ ex officina P. G. Calenzani & G. M. Farroni, ſociorum. 1636. fol. (*Ital.*)

(36) *L. Apuleji*, Madaurenſis, Philoſophi Platonici, Opera, quæ exſtant, omnia. Cum Philip. Beroaldi in Aſinum aureum eruditiſſimis Commentariis &c. Lugduni apud viduam Anton. de Harty, ad inſigne Scuti Colonienſis, 1614. in 8.

(37) *Socrates Chriſtianus* per Balzacum, cum aliis ejusdem operibus. Amſtelod. apud Jvoſt Pluymer 1662. in 12. (*Gall.*)

(38) *Guiliel. Budaei*, Pariſienſis, de Aſſe & partibus ejus libb. V. Lugdun. apud Seb. Gryphium 1550. in 8.

(39) *Beroſi*, Sacerdotis Chaldaici, Antiquitatum libb. V. cum commentar. Joan. Annii Viterbienſ. Antwerp. in ædibus Joannis Steelſii 1545. in 8.

(40) *Rhyth-*

(40) *Rhythmi jucundi* Jo. Baptiſtæ Vitalis, (*o*) da Foggia, cum aliquot centonibus verſuum Petrarchæ, & aliis ejuſdem monumentis, Urbeveti apud Anton. Colaldi & Venturam Aquilino. 1588. in 8. [*Ital.*]

Hic ille *Vitalis* eſt, qui vocatus eſt *Poetino*. Exorta inter illum & *Marinum*, Equitem, æmulatione, variis illi poëmatibus ſe invicem depexos dederunt, quæ Cimmeriis potius tenebris, quam luce typorum ope digna haberi debebant. Et nihilominus tamen *Jac. Scaglia*, homo ineptiſſimus, illis adjungebat parerga quædam ad *Cladem Innocentium*, quæ imprimi faciebat in 4. Credo tamen, eorum memoriam periiſſe.

(41) M. Fabii Quintiliani Inſtitutionum Oratoriarum, libb. XII. cum Declamationibus XIX. Lugdun. apud Seb. Gryphium 1558. 8.

(42) *Cogitatio mortis* Benedicti ab Uva Monachi Caſinenſis. Florentiæ apud Bartholom. Sermatelli 1582. 4. [*Ital.*]

(43) *Dorotheus* ejuſdem ad Ludov. Carafam. Ut ſupra. [*Ital.*]

(44) *Virgines Prudentes*, ejuſdem, ibidem. In hunc (*p*) elegans exſtat carmen *Laurentii Legati*, dialogi forma concinnatum, quod cum apud me ſit ex chartis palantibus *Athenæi* ejus *Poëtarum*, manu exarati, hoc loco illud deſcribam:

De Benedicto ab Uva Monacho Caſinenſe
Dialogiſmus: Poëta & Abſtemius.

G. *Sponte Caſinatem quid nunc Abſtemius UVAM*
Uſque legis, latices ejus & uſque bibis?

AB. *Nonne celebratas ſi lætat Amazones Aethræ,* (*q*)

AB. *Non-*

(*o*) Vide *Cozzandi* Bibliothecam Brixienſem p. 325.

(*p*) Plura de eo tradit *Creſcimbenius* in Commentar. ad Hiſtoriam Poeſeos vernaculæ Vol. II. lib. 4. p. 258.

(*q*) Ita quidem hæc formis expreſſa video. Interim non dubito, quin pro *laetat* legi debeat *lactat*, pro *Aethræ* autem *Aethra*.

Et mihi ſit grati nectaris UVA parens?

(45) *Antiquitates urbis Romæ*, collectæ â Lucio Fanno. Venet per Jordanem Ziletti, ad inſigne Stellæ, 1556. in 8. *(Ital.)*

(46) *Chriſtoph. Clavii* Bambergenſis, è S. S. in ſphæram Jo. de Sacro Boſco commentarius. Romæ ex officina Dominici Baſæ, 1589. 4. [*Lat.*]

(47) *Animadverſiones in librum Præ-Adamitarum, in quibus confutatur nuperus ſcriptor & primum omnium hominem Adamum fuiſſe defenditur.* Autore Euſebio Romano, an. 1656. in 12. [*Lat.*]

(48) *Caroli Sigonii* de Republ. Athenienſium libri IV. Bononiæ apud Joan. Rubrium 1564. in 4.

(49) *Catullus*, *Tibullus & Propertius*, &, quæ ſub *Galli* nomine circumferuntur, cum ſelectis Variorum commentariis, accurante Simone Abbes Gabbema, Trajecti ad Rhenum, typis Giſberti a Zyll & Theodoro ab Ackerdyck, 1659. in 8.

(50) *Crux recuperata*, poëma heroicum *Franc. Bracciolini* libri 35. cum allegoria ejuſdem auctoris & ad libros ſingulos annotatationibus Jo. Mariæ Gerardi. Florentiæ apud Juntas an. 1618. 12.

XXXV.

F. ANGELICUS APROSIUS,

Senior, Lector S. Theol. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Cum hic an. 1618. ex vita deceſſerit, eo tempore, quo Bibliotheca Aproſiana non niſi in conſilio ſummi Numinis erat, videri poterat locum hic non habiturus, quandoquidem non niſi illorum fit mentio, qui ſuperſtites aliquot libros donarunt, nec demum per mortem, ut id facerent, coacti ſunt. Interim, ſi tum temporis jam exſti-

exſtitiſſet, dubitandum non eſt, eum tot illi libros donaturum fuiſſe, quot poſſidebat, h. e. ducenta volumina & amplius. Præterea de Sacrario egregie eſt promeritus. Donavit enim illi thuribulum cum navicula argentea, & ſitulam, aquæ luſtrali recipiendæ idoneam, cum aſpergillo; quæ omnia ita comparata ſunt, ut majores hujus Congregationis conventus præſtantiora non habeant. Sufficit dixiſſe, quod fuerit *Aproſius*, h. e. gente generoſiſſima ortus, ita ut, qui aliter agit, degenerem ſe habere debeat. Vnumquemque enim illis uti facultatibus & dotibus decet, quibus à Divino Numine donatus eſt, cum non omnes ſint Principes aut Nobiles, ſed maximam partem eam artem faciant, quam Deus aeternus Adamo præſcripſit: *In ſudore vultus tui, &c.* Propterea fere conſtitutum erat, in frontiſpicio Bibliothecæ, quæ *Aproſiana* vocari debebat, *clypeum* ejus repræſentare, nempe campum aureum, & faſciam coloris rubri, quem ambirent clypei, tubæ, inſignia & alia inſtrumenta militaria, additis bipaliis, ligonibus, palis, raſtris aliiſque ad agriculturam pertinentibus. Sed erant, qui aliter ſentirent, & recte quidem. Fieri enim poterat, ut poſteri toti genti ſeu familiæ acceptum ferrent, quod uni F. *Angelici* curæ debebatur. Hujus itaque, ut in ſella, panno holoſerico coloris carmeſini tecta, ſedentis, effigies à *Ridolfo*, Vicentino, peritiſſimo artifice, facta, in Bibliotheca illa ultimo loco conſpicitur. Manu vero geſtat crucifixi effigiem, addita ſchedula his vocibus inſignita: *Nec Mors.* Quo ipſo alluſit ad eum, cujus facinus *Paſſerinus* lepidiſſimo diſticho ſequenti riſit:

De quodam, qui, ut ſuo nomini pingendo locus eſſet,
in tabula Crucifixum expungi juſſit.
Expunge Crucifixum: inibi mea nomina pingas:
Numen abit, nam pro Numine nomen habet.

F Simile

Simile illi Hexaſtichon debetur *Antonio Galeano*, Eccleſiæ Placentinæ Decano:

Pingeris, & turges. Sociatur CHRISTUS; *avita*
Stemmata, ſed cupido plena tabella vetat.
Deponis CHRISTUM, *ponas ut nomina, turpas*
Stigmata ſtemmatibus, Numina nominibus.
Infandum! opprobrii pro ſtemmate ſtigma paratur,
Jam tibi nec nomen, nec tibi Numen erit.

Ceterum in laudem *Aproſii*, Senioris, exſtat elegans epigramma eruditiſſimi *Bonifacii*, Epiſcopi Juſtinopolitani, quod legitur Parte II. *Philareti* p. 432.

Angelicus Aproſius Senior, Theolog. & Concionat.

ANGELE, COS animos acuis virtutis amantes,
Scilicet illa bonis plus ut ametur adhuc.
Nec tamen obtuſus, ceu cos, quæ reddit acutos
Attrita gladios, cum ſecet illa nihil.
Nempe ſecas acuens, ſolitus res jungere verbis,
Vocibus exemplum, moribus eloquium.

Libros quos reliquit, hi ſunt:

[1] *Summa totius Theologiæ S. Thomæ de Aquino D. Angelici cum comm. & opuſc. R. Thom. de Vio Cajetani &c.* Tom. V. Venetiis apud Juntas, 1588. fol.

[2] *Opuſcula omnia Thomæ de Vio Cajetani, Cardin. S. Xyſti in tres diſtincta Tomos*, ut ſupra.

[3] *D. Joannis Chryſoſtomi* Opera, quæcunque in hunc diem latio donata noſcuntur, omnia &c. in V. Tomos digeſta. Per ſacræ Theologiæ Magiſtros inſignes accurate viſa, correcta, expurgata. Venet. apud Franc. Zilettum. M. D. XXCII. in 4.

[4] *Ser-*

[4] *Sermones in Epiſtolas & Evangelia Dominicalia totius anni*, auctore Jacobo de Vitruvio, Epiſcopo Tuſculano. Venet. apud Jordanum Zilettum, 1578. 4.

[5] *Petri Manducatoris Scholaſtica Hiſtoria.* fol.

[6] *Speculum peregrinarum Quæſtionum F. Bartholom. Sibyllæ Monopolitani*, Ord. Prædicat. in quo de Animabus, de Cœlo, Inferno, Purgatorio, de Angelis bonis ac malis, deque hominibus, nec non de aliis ſcitu digniſſimis QQ. per tres Decades diſputatur. Venet. apud M. Ant. Zalterium 1587. 8.

[7] *Jo. Maldonati* S. I. T. *Comm. in IV. Evangeliſtas* in duos tomos diviſi &c. Brixiæ apud Societatem Brixienſem, 1597. in 4.

[8] *Gaſparis Sanchez S. S. Conciones in Dominicis & Feriis Quadrag. in quibus frequentius conciones haberi ſolent.* Ibid. 1599. in 4.

[9] Quadrageſimale & exercitia in Dominicas Septuageſ. Sexageſ. & Quinquageſ. Item in omnes dies Quadrageſ. P. *Petro di Valderrama* Concionatore celeberrimo Ordinis Auguſtiniani Hiſpanice ſcripta & in Italicam tranſlata ab *Aegidio Gottardo da Rimini*. Venet. apud Jo. Anton. & Jacob de Franceſchi, 1619. in 4.

[10] *Sermones in honorem B. Virginis ſuper Evangelium:* Exſurgens Maria abiit in montana, & *ſuper:* Magnificat anima mea Dominum. R. P. Fauſtini Taſſi, ex Minoribus Obſervantibus. Venet. apud Jo. Baptiſtam Somaſco 1587. 4. *(Ital.)*

[11] *Conciones Quadrageſimales* Julii Cæſaris Capaccii Profeſſoris Theolog. Par. I. Ibid. apud Fabium & Auguſtin. Zoppini, fratres. 1584. 8.

[12] Liber Conſiderationum ſuper Evangelia inde à Dominica Septuageſima, & omnes Dominicas & Ferias Quadrageſimales, uſque ad Domini-

cam Octavam Reſurrectionis. Per Alphonſum Cabrera Ordinis Dominican. Barcinone 1602. ſumtibus Joan. Simonis in 4. (*Hiſpan.*)

[13] *Rationale Divinorum Officiorum*, *Gulielmi Durandi.* Venet. per Petrum de Quarengies Bergomenſem 4. 1519. d. 4. Martiis. fol.

[14] *Uberti Folietæ*, Patricii Genuenſis, Hiſtoriæ Genuenſium libb. XII. Genuæ apud Hieron. Bartolum. 1585. fol. (*Lat.*)

XXXVI.

F. ANGELICUS AVENA,

Cuneenſis, Baccalaureus S. Theol. Auguſtinianus.

[1] *Cynthii*, *Jo. Baptiſt. Gyraldi*, *Ferrarienſis de obitu D. Alphonſi Eſtenſis*, *Principis Invictiſſimi Epicedion.* Hercules Eſtenſis Dux ſalutatus. Sylvarum liber Pars I. Elegiarum liber I. Epigrammaton libb. II. Ejuſdem ſuper imitatione epiſtola, Cælii Calcagnini ad eundem ſuper Imitatione perquam elegans. Lil. Gregor. Gyraldi epiſtola bonæ frugis refertiſſima. Ferrariæ ex Franc. Roſcii Ferrarienſis libraria officina ad 5. Id. Novembr. 1537. 4. (*Lat.*)

[2] *Idea Religioſi Seraphici*, exhibita in vita B. Angeli di Chivaſſo, Confeſſoris Ordinis Minorum, per F. *Archangelum di Salto.* Cunei 1664. in 4. per Bartholom. Strabellam.

XXXVII.

F. ANGELICUS CLAVARENSIS,

(Da Chiavari) Sacerdos Auguſtinianus.

Jo. Buxtorfii Manuale Hebraicum & Chaldaicum: Edit. IV. caſtigatior Baſileæ apud Ludov. Konig 1619. in 12.

XXXVIII.

ANGELUS BRITIUS,

Canonicus Cerianenſis.

Vita P. Hieron Miani, Nobilis Veneti, auctoris Orphanotrophei & aliorum piorum inſtitutorum in Italia & Fundatoris Congregationis ClericorumRegularium Somaſchenſis, deſcripta à P. *Andrea Stella*, Veneto, Sacerdote, Theologo & Concionatore ejusdem Congregationis, in III. libb. diſtincta. Vicentiæ apud Georg. Græcum 1505. in 4. [*Ital.*]

XXXIX.

F. ANGELUS CORRADI,

Savonenſis, Prior CongregationisAuguſtinianæ Obſervantiæ Lombardiæ,

Scrutinium & clypeus R. P. F. Michaelis Angeli Chinelli, ex Soroxina Cremonenſis, Congreg. Obſerv. Lombardiæ, pro ejusdem Congregationis patrocinio ſuper Diſp. R. P. M. N. N. Ord. præfati adverſus ejusdem inſtituta. Mutinæ ex Typogr. Juliani Caſſini 1618. 4. [*Lat.*]

XL.

ANGELVS LUPUS,

Sacerdos Cerianenſis, vita religioſiſſimus.

Diſcurſus morales Excellentiſſ. Fabii Gliſſenti, contra odium mortis, ſeu *Athanatophiliam* Dialogis V. quibus oſtenditur, rationi convenientius eſſe mortem appetere. Accedit tractatus de Lapide

Philoſophorum. Venet. per Bartholomæum Albertum, 1560. 4. (*Ital.*)

XLI.

F. ANGELUS SECCHI,

Auguſtinianus, Magiſter S. Theol. Mediolanenſis *Veneres Poëticæ Brunii.* Romæ per Jac. Maſcardum 1634. 12. (*Ital.*)

XLII.

ANGELUS VANCI,

Ariminenſis, Magiſter Auguſtinianus.

Renovata & aucta juſta defenſio pro ſermonibus S. P. Auguſtini ad Eremitas ſuos, per Mag. F. Angelum Vancium, Ariminenſem, elaborata. Arimini per Symbenum Symbenium 1646. in 4. (*Lat.*)

Monachus hic, qui egregius erat Theologus, & per multos annos docendo religionem promoverat, opuſculum hoc ſcripturus non recogitavit monitum, ab *Horatio* Scriptoribus datum, prout illud *Ludovicus Dulcis* Italice in verſione *Artis Poëticæ* expreſſit v. 80. ſeq.

Voi che ſcrivendo ogn'hora v'affaticate
Di guadagnarvi un' honorato nome
Prendete à voſtre forze ugual ſoggetto &c.

Alioquin enim hanc operam ſibi ipſe non impoſuiſſet. Ut horum ſermonum gemmæ cognoſcantur, diſcendi cupidos non ablegabo ad ea, quæ ſcribunt Cardinalis *Bellarminus* de Scriptoribus Eccleſiaſticis p. 113. edit. Roman. 1613. in 4. & *Philip. Labbe* in Diſſertat. Hiſtorica de iisdem p. 167.

Sed

Sed ſuffecerit inſpicere *Quæſtionem Quodlibeticam de origine Eremitarum Clericorum ac Sanctimonialium S. Auguſtini deciſam ex ipſo S. Auguſtino, aliisque SS. Patribus rei coævis* per Fr. Chriſtianum Lupum Ord. Eremit. S. Auguſtini, in qua elucidantur varii antiqui ritus Eccleſiæ Africanæ, ac diſcutitur Cenſura Lovanienſis Operum S. Auguſtini Duaci, typis Balthaſ. Belleri, 1651. 8.

XLII.

ANGELUS MARIA SOMMARIVA,

Mediolanenſis, Vicarius Generalis Congregationis Obſervant. Lombardiæ donavit

(1) *Scenam literariam Scriptorum Bergomatum apertam*, per Donatum Calvum, Bergomatem, &c. Bergomi per filios M. Anton. Roſſii 1664. 4. *(Ital.)*

(2) *Monſtroſa Sanctitas Nicol. Auguſtiniani*, Tolentinatis, per P. Angelum Mariam Pommarivam. Brixiæ per Rizzardos 1667. 4. *(Ital.)*

XLIII.

ANNIBAL LOMERUS,

Nobilis Senenſis, in cauſis Criminalibus egregie verſatus.

Sicilia ſacra, Drama Annibalis Lomeri, inter Academicos *Philomathas* dicti *Satyrici*, Arezzii apud Herculem Gorum 1616. in 12. *(Ital.)*

XLIV.

ANNIBAL MARESCOTTUS,

Patricius Bononienſis, cujus elogia in *Hieron. Ghilini*

lini Theatro Literatorum Vol. II. p. 21. legi poſſunt, anno ætatis XXIII. defunctus.

Hymenæus in Pindo, in nuptias Annibalis Mariſcotti & Barbaræ Rangonæ. Bononiæ per Jac. Montium 1628. 12.

XLV.

ANTONINUS GALEANUS,

J. U. D. Poëta celeberrimus & Decanus Cathedralis Placentinæ.

Collectio carminnm diverſorum noſtræ ætatis Scriptorum per *Jacobum Guarimanum*, Ravennatem. Ravennæ 1623. in 12.

XLVI.

ANTONINUS MERELLUS & MORA,

Meſſanenſis, inter Academicos *Sterile Abbarbicato*. Hic memini, *Plinium* lib. III. ep. 5. p. 65. de patruo ſuo hoc teſtatum relinquere: *Dicere etiam ſolebat, nullum eſſe librum tam malum, qui non aliqua parte prodeſſet.*

(1) *Arcadius liberatus*, pœma heroicum Antonini Merelli. Bononiæ apud Jo. Baptiſt. Ferronum 1660. in 12. *(Ital.)*

(2) *Reſponſio Antonini Merelli & Morae* ad epiſtolam *Didacum de Mora* Coſentiæ per Jo. Baptiſt. Mojum & Jo. Baptiſt. Roſſum 1663. in 4. *(Ital.)*

(3) Reſponſio ejusdem ad epiſtolam ſecundam Didaci de Mora. Neapoli apud Salvatorem Novellum 1664. in 4. *(Ital.)*

(4) *Fama oratrix* ejusdem in obitum *Joan. Vintimiglia*, Equitis de Stella, ex Comitibus Intemelienſibus. Meſſanæ apud Paulum Biſagni 1665. 4. *(Ital.)*

Opti-

Optimus ille *Joannes*, gloriæ patriæ ſuæ amplificandæ ſtudioſiſſimus, hiſtoriam *Pœtarum Siculorum* ſcribere parabat. Et quemadmodum *Bucolicos* Poëtas perſecutus eſt, ita ceteris eandem operam præſtiturus erat, ſi per fata licuiſſet. Mors autem, quæ nemini parcit, eum tollebat, octavo ætatis luſtro nondum exacto. Poëtas *Siculos*, inſtar boni civis, ceteris omnibus anteferendos eſſe omni ope oſtendere nitebatur. Hinc contra eum ſcripſit *Mirellus* quidam, h. e. *Margutta* contra *Morgantem*, pymæus contra Gigantem. At *Joannes* nullam ſcriptionis rationem habebat. Alter itaque ille ſcriptum non bonum edita *Fama* illa *Oratrice* emendare ſtudebat. Niſi autem alios inveniſſet laudatores, laudes ejus ad paucos dies fuiſſent duraturæ. Dignæ ſunt, quæ legantur orationes in eum funebres, altera *Joannis Natalis*, qui *Siculus* alias audit, ſub titulo: *Idea perfecti Philoſophi*; altera *Jo. Baptiſtae Valdinae*, cui nomen eſt *Inſtabilis*, ſub titulo: *Tubus Siculus*. Prima earum legitur libro I. altera autem lib. II. operum Proſaicorum *Academicorum della Fucina* p. 230. & 139. quæ poſterior etiam exſtat in Memoria Defunctorum ex Academicis Fucinatibus Caroli Gregorii, Marchionis, *Rocco* dicti, lib. II. p. 190.

(5) *Vita Guidonis delle Colonne Meſſineſe*, per eundem. Venet. apud Gverriglium 1665. 4.

(6) *Vita Thomae Caloria*, Meſſanenſis, per eundem 1666.

(7) *Uita Jo. Anton. Viperani*, Epiſcopi Juvenacienſis per eundem. Venet. ut ſupra, 1667. in 4. (Omnia *Ital.*)

XLVII.

ANTONIUS BALESTRA,

Camporoſſenſis, Canonicus Intemelienſis.

(1) *Apologeticus tractatus P. Stephani Fagundes è S. J.* pro ſuo libro in quinque præcepta S. Matris Eccleſiæ ad celebrem quæſtionem de Lacticiniorum ovorumque eſu, tempore Quadrageſimæ usque ad ultimum Decretum & ſententiam ea de re latam in ſupremo Tribunali ac Senatu S. Inquiſitionis regnorum Hiſpaniæ die 18. menſis Aprilis an. 1630. Lugduni ſumtibus Jac. Cardon. M. DC. XXXI. in 8. (*Lat.*)

(2) *Odyſſeae Homeri libb. XXIV.* nuper à Simone Lemnio Emporico Rheto Curienſi, heroico Latino carmine facti, & à mendis quibusdam priorum translationum repurgati. Acceſſit & Batrachomyomachia Homeri ab eodem ſecundum Græcum hexametro latinitate donata. Baſileæ ex officina Jo. Oporini A. S. N. 1549. menſe Septembri. 8. Idem Homeri Interpres *Dionyſii* quoque carmen de Situ Orbis converſum edidit Venetiis ex officina Bartholomæi Imperatoris, 1543. 8. Utraque hæc verſio *Laurentio Legato* occaſionem fecit in cognomen Auctoris ſequens epigramma iocoſe ſcribendi, quod ex ejus *Athenæo Poëtarum* MS. adponam:

Romano canit ore ſitus habitabilis Orbis
Lemnius, æque vagum narrat Ulyſſis iter.
Noluit Iliacis nec verbo rebus adeſſe:
Si Trojæ adfuerat, Lemnius haud fuerat.

XLVIII.

XLVIII.

ANTONIUS CHIANEA,

Tendenſis, Fr. Angelico amiciſſimus. F. *Franc. Panigarolæ*, Eccleſiæ Haſtenſis Epiſcopi, Diſputationes Calvinicæ, à Joan. Tonſo, Mediolan. Patricio, in latinum converſæ, Mediolani ex Typographia Pacifici Pontii. 1594. in 4.

XLVIII.

ANTONIUS GODAEUS, (r)

Epiſcopus Vincienſis. De Præſule hoc eruditiſſimo vere dici poteſt, quod de *Tydeo* dixit *Statius*, *generoſiſſimus* à *Barthio*, (quem *Joan. Bona* Ciſtercienſis, vir non doctrina minus, quam Purpura eminentiſſimus, *Criticum & Philologum multæ eruditionis* in Notitia Scriptorum, qui in *Pſallentis Eccleſiæ Harmonia citantur*, vocat) lib. II. cap. II. Adverſariorum col. 513. edit. Wecheliar.æ an. 1624. fol. appellatus. Et ſane multum Statio is tribuebat. Quando enim ad v. 234. *de Bello Getico*, *Jo. Bernardi* in Thebaidem commentarium commemorat, ita ſcribit: *Cujus commentariis ſi demas, quæ ex Cognati, Lipſii, Turnebi, Natalis Comitis item Lexicographorum ſcriptis tranſcripta ſunt, miſerum videbis pro tanto Poëta Scholiaſten. Ignoſcant manes literati alioquin viri. Ad Statium commentandum,*

(r) De *Godæo* ſive *Godello* hoc lege *Dupinii* Bibliothecam Scriptorum Eccleſiaſt. Tom. XVII. p. 286. *Niceronis* Memorias ad hiſtoriam Virorum illuſtrium Tom. XVIII. p. 71. & Tom. XX. p. 111. *Bailletum* Judiciorum de Viris eruditis Tom. IV. Parte V. n. 1517. ubi de Poëtis, *Lironium* in Bibliotheca Generali lib. I. p. 270. & *Ancilloniana* Tom. II. p. 410.

dum longe profundior eruditio requiritur ea, quam vulgo putant. Caſaubonis aut Scaligeris hic opus eſt. Hæc lego p. 353. edit. I. Hanovienſis 1612. 8. In ultima vero hæc ſunt omiſſa, quod patet ex p. 323. Et ſane ſummo & egregio Poëtæ dignus deerat commentarius, quem defectum *Barthius*, cui apprime cognitus erat, ſupplere omni ope annius eſt. Num deſtinata adſecutus ſit, alii equidem judicandum permitto. De *Godaeo*, inquam, dici poteſt, quod de *Tydeo Statius dixit*:

Major in exiguo regnabat corpore virtus.

Vide I. Thebaidos v. 417.

Docent id copioſæ ejus commentationes, quibus, non ſepultis, quas à Deo nactus erat, egregiis ingenii dotibus, S. Eccleſiam illuſtravit, exemplo, quod imitarentur, Epiſcopis relicto. Deſcribam hic indicem illorum, quem F. *Angelicus* ab ipſo cum ſequentibus literis aliquot abhinc menſibus accepit:

Reverend Pere,

J'ai appris avec joie par le P. de Gros, que vous vous portez bien, & que vous êtes toujours en état de travailler. Je vous envoye le catalogue des livres, que j'ai composés, & que vous m'avez demandé, & quand j'en aurai reçeu des exemplaires, je vous en envoyerai. Cependant je vous prie, ſi votre ſanté le permet, de vouloir travailler à la verſion du diſcours de la vocation à l'Etat Eccleſiaſtique, qui eſt à la tête du Livre des Ordres ſacrés, que je vous envoye. Il n'y en aprint de plus neceſſaire en Italie, & j'aimerai mieux, qu'il fut connu, que les Tableaux de la Penitence. Je me porte bien, graces à Dieu, & j'ai grande impatience de vous embraſſer, comme

comme un homme que j'eſtime, & dont je ſuis veritablement

Très affectionné Serviteur,

ANTOINE E. DE VENCE.

Index librorun, quos Antonius Godæus, Epiſcopus Vinciensſis, in lucem edidit.

[1] Verſio N. T. Gall. 2 voll. in 4. & 8.
[2] L'hiſtoire Eccleſiaſt. 2 voll. fol.
[3] Elogia Epiſcoporum 2 voll. in 4.
[4] Elogia Imperatorum, Regum & Reginarum in 4. & 12.
[5] Ordines Sacri uno vol. in 8.
[6] Vocatio ad Statum Eccleſiaſticum. 8.
[7] Vita S. Caroli uno vol. in 4.
[8] Vita S. Auguſtini uno vol. in 4.
[9] Elogium S. Franciſci de Sales, uno vol. in 8.
[10] Paraphraſes Litaniarum Jeſu pueri in 16.
[11] Statuta & ordinationes Synodales uno vol. in 8.
12 Pſalmi Davidis carmine in 4. & in 12.
[13] Inſtitutiones Principis in 4.
[14] Tabulæ Pœnitentiæ in 4. & 12.
[15] Meditationes in Sacramentum, in 12.
[16] Opera moralia Chriſtiana 2 voll.
[17] Tractatus de Seminariis in 12.
[18] Tractatus de inſtruendis hoſpitalibus, in 12.
[19] Tractatus de uſu pacis, in 12.
[20] In Epiſtolas S. Pauli, 5 voll. in 12.
[21] Tract. in epiſtolas Canonicas, in 12.
[22] Explicatio Ep. ad Hebræos, in 12.
[23] Preces Chriſtianæ, in 12.

(24) De

[24] De iis, quibus opus eſt ad obtinendum Jubileum, 12.

[25] Sermo S. Auguſtini, 24.

[26] Carmina Chriſtiana, 24.

[27] Vita S. Pauli, in 12. (omnia *Gallice.)*

Index librorum ejuſdem proxime excudendorum.

[1] Ethica Chriſtiana.

[2] Faſti Eccleſiæ.

[3] Diſſertatio ad ſtatum Clericalem. (*Lat.*)

[4] Volumen III. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. i. e. Secula VII. VIII & IX. in fol.

[5] Inſtructio pro Miſſionibus.

[6] Inſtructio in uſum Delphini, carmine.

[7] Homiliæ in omnia anni Evangelia.

[8] Ordinationes Synodales auctæ.

[9] Officium Angelo tutelari præſtandum.

[10] Collectio Exorciſmorum in uſum Eccleſiæ Vincienſis.

Ex his ſcriptis ab ipſo Praeſule doctiſſimo donata exſtant in Aproſiana V. & XV. quorum pleni hi ſunt tituli:

[1] Tabulae Pœnitentiae, II. edit. Pariſ. apud Auguſtin. Courbeau 1656. 4.

[2] Diſcurſus de Ordinibus ſacris, ubi ritus omnes in Ordinatione, ſecundum Pontificale Romanum, recepti, explicantur. Lugduni apud Jo. Grégorium 1669.

Laborioſiſſimus ille fuit, nec ex illorum egit ingenio, qui, ubi vix per paucos annos libros non multos, eoſque forte non optime, evolverunt, vel abrepto vel obtento pallio, à libris non minus, quam canes à fuſte, abhorrent. Ita vero agunt Sacerdotes multi, qui, neſcientes, utrum vivi ſint, an mortui, nec Latinum nec vernaculum evolvunt librum,

librum, eo conſilio, ut aliquid, muneri ſuo accommodatum, diſcant.

Illi ſane aliquando morti proximi non recreatos ſe ſentient illa Domini voce; *Euge, ſerve bone, intra in gaudium Domini tui*, quod accidiſſe credo eruditiſſimo & doctiſſimo huic Praeſuli, qui in ſcribendo occupatus ad meliorem vitam tranſiit, eo tempore, quo F. *Angelicus* eum inviſurus & verſionem tractatus ejus *de vocatione ad ſtatum Eccleſiaſticum*, ad quam invitatus ab ipſo erat, oblaturus iter parabat. Quod conſilium poſtquam cum P. *Simpliciano le Gros*, Auguſtiniano, qui nunc *Graſſæ* commoratur, tanquam itineris ſocio futuro, communicaſſet, tale accepit reſponſum: *Neceſſarium duxi*, V. P. *admonere, ne iter Gallicum ſuſcipiat ad Antiſtitem Vencienſem viſitandum. Ea enim die, qua epiſtolam veſtram recepi, eadem terræ mandatum eſt illius corpus. Obiit namque feria quinta poſt Paſcha, plenus meritis, & bonis operibus.* Habebat ille inſignem Bibliothecam, & erudito ſui ordinis dignam. Intelligens autem, valetudinem ſuam auctis annis fore infirmiorem, perſpiciens etiam, ad inſtruendas Bibliothecas theſauros requiri, & ubi, defunctis poſſeſſoribus, ſint vendendae, aurum in cuprum converti; vendere eam, dum viveret, conſtituit, cum exiguo damno, imo vero lucro manifeſto, quandoquidem ex illis & aliis item numis Patribus, qui a Doctrina Chriſtiana appellantur, Collegium fieri fecit, omneſque facultates ſuas pauperibus legavit. Id enim edoctus ſum literis ad D. *Maurum Promontorium*, Epiſcopum *Intemelienſem*, datis & ab ipſo benevole mecum communicatis. Nihil obſtat, quo minus epiſtolam hic deſcribam. cum operæ pretium ſit, ut in omnium manibus verſetur. Accipe eam: (*s*)

Illu-

(*s*) Epiſtolam hanc ex *Italico* Latinam feci.

Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domine,

Cum à Patribus noſtris Vencienſibus funeſtum de obitu Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Epiſcopi illius urbis nuncium acceperim, eundem ad Te perferendum cenſui, non ignarus affectus & amoris inter utrumque mutui, num forte preces pro ipſo facere placuerit. Obiit ille XXI. die menſis Aprilis ſuperioris modo ſingulari. Accepto enim nuncio de obitu amici Pariſienſis, ſibi quondam familiariſſimi, ſtatim læto animo dixit: Neceſſe eſt mori, neceſſe eſt abire. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. *Atque hæc ultima ejus fuerunt verba. Apoplexia enim correptus, per 24 horas animam egit & exſpiravit. In tabulis ultimæ voluntatis pauperes Vencienſes facultatum ſuarum heredes conſtituit, Pœnitentibus de Miſericordia Vencienſibus appellatis, qui voluntatem ſuam exſequerentur. Epiſcopis, ſucceſſoribus ſuis, hortum amœniſſimum legavit, mille ducatonibus comparatum, & poſtea multum amplificatum. Venerabili Capitulo donavit Crucem ſuam, & alia altaris ornamenta, exceptis calice uno, ampulla, pelvi argentea, & palla miſſali, quæ Patribus noſtris una cum quater mille* Francis *& libris ſuis omnibus donavit. Domeſticis præterea ſuis larga & digna præmia largitus eſt. Integra hereditas, quod ad pecuniam, exceptis horto & ſupellectili, 25000 Francis æſtimatur. Requieſcat in pace, &c. Soſpitelli 14 Maji 1672.*

G. BARRAULT,
Rector Collegii Doctrinæ Chriſtianæ.

Patres Seminarii Vencienſis, ut gratos ſe in memoriam tanti Principis præſtarent, funus ejus carminibus aliquot celebrarunt. Cumque illa Bibliothecæ

bliothecæ meæ decus afferre poſſint, hic apponenda puto:

Luge GODÆUM Eccleſia.

Alter Paulus erat lingua ſcriptoque GODÆUS,
Auguſtinus erat verus amore, fide.

Statura erat parvus, utriuſque vero ſcripta exactiſſime callebat.

Luge GODÆUM Gallia.

Heu decus interiit Gallis lumenque GODÆI,
Dum cecinit calamus, mutaque lingua manet.

Lugete GODÆUM Pontifices,

Carolus exemplo præerat ſimiliſque GODÆUS
Vixit, & exſtincti ſemina ſacra manent.

⊙ Imitari S. Carolum ſtudebat, deſperationem Epiſcoporum eum appellans.

Lugete GODÆUM Principes.

Præcones habuit Regeſque Duceſque GODÆUS,
Principibus monitum fortius enſe dedit.

Lugete GODÆUM Clerici.

Clere, tui capitis ſerva pretioſa GODÆI
Munera, Virtutum pondera pende magis.

Lugete GODÆUM Laici.

Afflictis, dubiis, vivis, morientibus, omni
Paſtor ovi præſens dulce levamen erat.

Ægrotos quavis hebdomade viſitabat, & moribundis benedicebat.

Lugete GODAEUM docti.
Proh quanta ingenio tenuit peperitque GODÆUS!
Grandius hoc ſtupeo, quantulus ipſe ſibi.

Lugete GODÆUM indocti.
Ne Chriſti fraudaret Oves & paſceret agnos,
Præpoſuit lepidis ruſtica verba modis.

Concionari in lingua vernacula jubebat, & ipſe hoc facere maluiſſet, quam reſuſcitare mortuos.

Lugete GODÆUM Divites.
Præſulis exemplo locupletes diſcite fœnus,
Quo pius in cœlo creſcat acervus opum.

Lugete GODÆUM Pauperes.
Hos Patris hæredes ſtatuit manſura voluntas,
Quos veluti natos viſcere pavit amor.

Pauperes hæredes conſtituerat: neque tamen unquam eleemoſynam denegabat. Præfectus rei domeſticæ primarius ſupellectilem ad eleemoſynas largiendas vendere juſſus erat, ſi pecunia deeſſet.

Luge GODÆUM Vencia.
Præſulis ad funus renovandum currite, Cives,
Huc vos ad lacrymas ducat amarus Amor.

Elogium ſepulchrale ANTONII GODÆI,
Epiſcopi Veneceinſis.

Hic jacet auguſtum corpus, quo Spiritus ingens
GODÆI emicuit, nil niſi Grande gerens.
Multiplicis formæ miranda volumina fudit,
Nec minor eloquii fluxit ab ore lepos.

Prin-

Principibus caro capiti, nec pompa, nec Aula
Huic grege commiſſo carior ulla fuit.

Curam & Commorationem in ſua Diœceſi prætulit Præſidatui in Conſilio Regio oblato, in pudorem aliorum, qui ut ſervi ſint Miniſtri alicujus Regii, ovium curam abjiciunt.

Quam cordi ſteterit ſummi reverentia cultus,
Relligioſa monent ſemina, ſcripta probant.

Seminarium Clericorum Venciæ inſtruebat.

Pontificum decus eſt, quorum ſpectanda per ævum
Exemplo & calamo vera tabella manet.
Pauperibus vere Patris ſe pectus amore
Continuo exhauſit munere larga manus.

Die viridium cibabat & fovebat pauperes duodecim, quorum pedes antea laverat, memor dicti Salvatoris noſtri: *Exemplum dedi vobis*; quod à non paucis negligitur.

Debilius pede nil habuit, quem figere laſſus
Deficiens terris ſe ſuper Aſtra tulit.

Cruribus erat infirmior.

Seminarii Vencienſis lacrymæ de GODÆI ſui Fundatoris interitu.

Egregiam GODÆI animam tu Regia cœli
Ambieras, liceat jam mala noſtra queri.
Dotibus ille tuis plenus ſua ſemina Clero
Miſerat, hinc ſegetis ſpes quoque læta fuit.
Gaudebat Senior, quos charta ſparſerat orbi,
Culturæ Angelicæ fructibus ipſe frui.

At quantum Divini operis mors rupit amara!
Heu! quam crudeli vulnere corda ferit!
Proh dolor! hæc poſthac felicia coepta GODÆI
Quis peragat? quænam tempora? quisve labor?
Inſpice nos Cælum miſeros, queis, Præſule rapto,
Carus Amor periit, decidit omne decus.
Has per te lacrymas, per pectora læſa rogamus,
Ut radiis hilares ſemina ſacra tuis.

Commode intelligo, me crimen omni venia indignum perpetraturum eſſe, ſi *Legati* ingenioſiſſimi non meminerim, qui in *Athenæo* ſuo *Poëtico* Herois hujus laudes celebrare non neglexit. Deſcribendi opera ſuperſederem, niſi verendum mihi eſſet, ut commentatio hæc, cedro digniſſima prelum nunquam exerceat, & ea nunc eſſent tempora, quibus cum *Minozzio* in Satyra Heroica, quæ *Vitia regnantia* inſcripta eſt, carmine L. querendum eſt:

Riſa Traſtulli e Giochi
Son di ricco Signor voglie primiere;
Ed Acidalii Fochi,
Più che d'Ardor Febeo paſce il penſiere;
Mordaci Turbe a Cacciagoni avvezza,
E più d'un Cigno un Latratore apprezza.

Tetraſtichon itaque ejus in Schedis MSS. *Aproſianæ* repertum hic adponam:

Ambiguum melior ſcriptis an moribus eſſes,
Davidicæ Interpres culte, GODÆE, lyræ.
Sed ſummum te utrinque probet cum maximus orbis,
Tu vatum exemplar Pontificumque clues.

L. AN-

L.

ANTONIUS LAMBERTUS,

Vallecroſanus, Paſtor, Rector aut Curatus Eccleſiæ Parochialis *Borghetti* in Dioeceſi Intemelienſi, qui, ut cognomen cum *Mario Lamberto* commune habuit, moribus tamen & reliqua vitæ ratione illi diſſimillimus exſtitit. Alter enim ille vivaciſſimi & lepidiſſimi ingenii homo fuit, quoad perſpicere mihi licuit ex monumentis ejus, ex parte jocoſis, & ita cetera comparatis, ut Parochum non deceant. Cum ille & patruelis quidam ejus libros D. *Bernardini Lamberti*, I. V. Doctoris & Eccleſiæ Cathedralis Præpoſiti, inter ſe dividerent, ipſe quidem ſibi ſumſit,

D. *Aurelii Auguſtini de Civitate Dei libros XXII.* in quorum calce ſequentes leguntur verſus, qui & locum editionis & Typographi nomen exhibent:

Aſpicis illuſtris lector quicunque libellos,
Si cupis Artificum nomina noſſe, lege.
Aſpera ridebis cognomina Teutona: forſan
Mitiget ars Muſis inſcia verba virum.
Conradus Sweinheym, Arnoldus Pannartzque magiſtri
Romæ impreſſerunt talia multa ſimul.
Petrus cum fratre Franciſco Maximus ambo
Huic operi optatam contribuere domum.
M. CCCC. LXX. fol.

Quamvis hic liber inter donatos numerari proprie non poſſit, quoniam ille cum alio ejuſdem operis exemplo longe meliori, *Pariſiis* ſcilicet cum *Ludovici Vivis* commentaris impreſſo, eſt permutatus, nihilominus tamen, cum ducentorum annorum ætatem referat, doni loco habuit, & ut tale

 com-

commemorari hoc loco à me voluit. Hoc exemplum interim imitati ſunt alii, qui, ut haberent libellum quatuor numulorum, donarunt alium duobus carolinis æſtimandum.

LI.

ANTONIUS MAGLIABECCHUS, (*t*)

Florentinus. Qui egregias hominis eruditiſſimi dotes perſpectas habere cupiat, legat dedicationem Operum *Franc. de Barry*, *Nobilis Delphinatis de Succeſſoribus Teſtati ac Inteſtati*, quæ *Jo. Anton. Huguetanus* & *Gulielmus Barberius*, Socii, ex Bibliopolis Lugdunenſibus principes, 2 tomis in fol. an. 1671. ſuis ſumtibus edita, ipſi inſcripſerunt. Dum autem Dedicationum memini, non poſſum non particulam aliquam recitare illius, quæ à *Petro Blaeu*, *Joannis* filio, & *Gulielm.* nepote, (quorum

(*t*) Longior forem, ſi, quæ de *Magliabecchio* ab eruditis tradita exſtant, h. l. commemorare adgrederer. Natus is fuit an. 1633. 29. Octobr. & fatis functus eſt 1714. 4. Jul. Præ ceteris, ut *Julii Nigri* Hiſtoriam Scriptorum Florentinorum omittam, vide *Gregorium Leti* in Italia Regnante Parte III. lib. IV. p. 423 --- 452. *Aproſium* in *Viſiera alzata*, ubi in dedicatione p. 5. --- 22. eos adfert Scriptores, qui illi libros ſuos ſacros eſſe voluerunt, vel eximiis eum elogiis cohoneſtarunt, *Hieron. Gimmam* in Elogiis Academicorum, qui *Spenſierati di Roſſano* appellantur, Parte I. n. 6. *Niceronem* in Memoriis ad Virorum Illuſtrium hiſtoriam pertinentibus, Tom. IV. p. 221. denique vero Ephemerides Italiæ literarias Tom. XVIII. p. 463 ſeqq. & Tom. XXXIII. Part. I. p. 1. ſqq. ubi vita ejus, ab *Anton. Franc. Marino* deſcripta, enarratur, adpoſita ejuſdem effigie, & epitaphio quoque p. 68. Semper mihi placuit anagramma, quod *Finardus* ex nomine ejus elicuit: *Is unus Bibliotheca magna.*

rum formis *Atlantes* & *Theatra Magna* exſcripta ſunt,) facta eſt. Nemo cogitaverit viliorem eſſe dedicantis perſonam, Bibliopolæ ſcilicet filium. Senatorem enim in patria agit, & filium habet, qui Magiſtratui, neſcio cui, à ſecretis eſt. Non eadem Amſtelodami conditio & ſors eſt Bibliopolarum, quæ eſt noſtratium in Italia. Illi enim, quos dixi, ſoli tot & tanta opera in lucem protulerunt, quibus perficiendis Itali omnes non ſufficerent. Et nonne tot Miſſalia, Breviaria, Diurna, Officia B. Mariæ, quæ in fronte Coloniæ nomen præferunt, ex prelo Blaviano prodierunt? *Antonius Hierati*, quamvis Bibliopola, Senator fuit Coloniæ Agrippinæ. Quot vero ſunt, qui ab Equitatu appellari amant, equis deſtituti, quique facultatibus hujus Bibliopolæ inſtructi eſſe ament? Qui *Fuggeri* Auguſtani fuerint, non tam Lynceis notum eſt, quam talpis, quæ lucem non vident. Nonne *Huldrico*, uni illorum, volupe fuit, habere typographiam ad Rempublicam literariam egregie illuſtrandam? Qua re factum eſt, ut non unum conſpicerem librum, hoc elogio inſignem: *Excudebat Henricus Stephanus, Illuſtris Viri Henrici Fuggeri typographus.* Denique munificentia pluſquam Regia Cardinalis *Barberini* Romæ typographeum Græcum inſtauratum eſt, ad monumenta varia manu exarata cum antiquioris tum recentioris ætatis in lucem proferenda. Ex eo viſurum me intra breve tempus ſpero *Leonis Allatii*, Herculis Heterodoxorum Maſtigophori, *Symmicta* (*u*) ut & *Mazzonii* Defenſionem Dantis, (*x*) libros poſthumos. Ut

(*u*) Is vero liber Coloniæ Agrippinæ an. 1653. Bartholdi Nihuſii opera prodiit.

(*x*) Et hæc defenſio lucem vidit an. 1587. Vide Naudæana p. 28. comparatis Additamentis p. 157.

Ut vero illi, qui hujus generis homines parvi pendunt, errorem ſuum agnoſcant, atque id, quod ipſi ignorant, diſcant, non omittam particulam aliquam Dedicationis illius in majorem Viri laudem hic repetere.

Clariſſ. Doctiſſimoque Viro, D. Antonio Magliabechi Petrus Blaeu Salutem.

Cum multa peregrinationis bona ſint, paſſim ab Auctoribus deprædicata, ipſoque uſu comprobata, tum mihi nullum majus, nullum jucundius videtur, quam quod liceat virtutem eorum, qui utcunque alias inoteſcunt, coram intueri, magnorumque Virorum favorem aut amicitiam demereri. Alto ſedet animo, nec unquam ſine gaudio recolo, quanta comitate Florentiæ ante octennium me ſuſceperis, foveris, quantaque voluptate ab ore tuo pendenti perfrui licuerit. Neque hæc tua benevolentia in eo ſubſtitit, ſed & quicquid Dives cornu copiæ Florentinum ubivis locorum hoſpitum oculis impartitur, ejus te me haud immunem eſſe voluiſti, usque ad venerationem Sereniſſ. M. ETRURIÆ DUCIS, nec non Seren. Cardinalis LEOPOLDI, & Sereniſſ. COSMI Magni Etruriæ Principis. Unde mihi porro occaſio affulſit, ut, cum nuper his idem Magnus Princeps hanc urbem luſtraret, ego jam non inter peregrinos cultores ad delibandas ſolum oſculo manus admiſſus, ſed eam utroque tempore gratiam & munificentiam Sereniſſ. Principis expertus ſim, cui, quoad vixero, devota beneficiorum recordatione humillimisque ſtudiis reſpondere mihi incumbet. Quæ tua tanta cum ſumma doctrina conjuncta humanitas & in advenas favor adeo tibi eſt proprius, ut vel hoc ſolo nomine in ſummorum virorum recentiſſimis ſcriptis ſummis laudibus jure meritoque evehare, nec quisquam ſe jam idonee Florentiam vidiſſe exiſtimet, qui te ibi non inter præcipua Muſarum decora viderit. Verum

quod

Quod me maxime delectat, quodque inter præcipuos excurſionis meæ fructus numero, eſt commercium literarum, per tot annorum ſpatium non interrupto curſu continuatum. Quare non potui non in memoriam revocari propoſiti aliquando mei dicandi tuo nomini auctorem Patris mei typis & ſumtibus prodeuntem. Liber, cui Dedicatio hæc præmittitur, iſte eſt: Titi Arb. Petronii, Equitis Romani, Satyricon, cum Fragmento nuper Tragurii reperto. Accedunt diverſorum Poëtarum luſus, Pervigilium Veneris &c. Amſtelodami typis Joan. Blæu. 1669. in 8.

Sed erunt fortaſſe, qui ſcire cupiant, quid homines eruditi de noſtro ſentiant. Itaque ab externis & longius à nobis remotis initium faciemus. Primus mihi occurrit *Vincentius Placcius*, Hamburgenſis. *Carmina* ejus *Puerilia & Juvenilia* evolvens libris IV. Amſtelodami apud Pet. le Grand 1668. 12. edita, p. 363. hæc lego:

Ad Anton. Maliabechium cum FF. MSS. inſpiciendi & Sereniſſ. Principem Leopoldum alloquendi copiam aliaque multa comiter feciſſet.

Scribere diſcedens, quas mallem reddere, grates
Verſibus his cogor, Maliabecce, *tibi.*
Verſibus indoctis quamvis, quia ſorte favente
Acceptum refero talibus eſſe tuum.
Ergo tuum ſemper me credito, flumina Pindi
Dum lymphis, numeris dum mea verba fluent.
Principis & docti Leopoldi magna per orbem
Indelaſſatis fama feretur equis.
Illius extremas ibit doctrina ſub arctos
Quaque datum nobis eſt comitate frui,
Cum nos alloquio fuit, & puerilia voto
Carmina dignatus noſtra probare ſuo.

Principis hæc virtus indultaque gratia nobis,
Dicetur, fatum qua modo pandet iter.
Interea tu, chare, vale, ſalve, atque ſaluta,
Queis notum voluit me favor eſſe tuus.
Queis noſtri ut memores maneant, & ſemper amici,
Paucula, quæ cernis, carmina mitto. Vale.

Dixeris forte, Scriptorem hunc eſſe juvenem, *(y)* qui ſua ipſe puerilia appellet. Interim reſponderi cum Pſalte divino Pſ. VIII. ex *Bened. Ariæ Montani*, Hiſpani, Paraphraſi poteſt:

Ore lactentis validam puelli
Inſtruis molem, penitus repulſus
Cedat ut preſſor tuus, & ſuperbo
Nomine vindex.

Itaque audiamus, quæ non infantes, ſed doctrinæ ſingularis homines de eo pronunciant. Tales enim eſſe arbitror, quos cum maxime excitabo. *Ægidius*, Abbas, *Menagius*, (cujus unius nomen orbem integrum illuſtrare poſſet, cujusve gloriam, ſecundum illud *Claudiani* de Probino v. 32.

- - - nec ventura videbunt
Luſtra, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas,)

Vi-

(y) Non pudere utique poterat Magliabechium hujus elogii, à *Vincentio Placcio* profecti, qui egregiam, quam juvenis movit, exſpectationem, adultior factus, ſuperavit, editis egregiis tum Philoſophicis, tum literariis commentationibus, inter quas Theatrum ejus Anonymorum & Pſeudonymorum eminet. In hoc frequens eſt Magliabechii mentio, quam jàm in *Invitatione Amica* ad hoc opus provehendum honorifice fecerat, p. 10.

Videri de noſtro poteſt p. 43. carminum, quæ ſub titulo: *Ægidii Menagii Poëmata*, quintum Pariſiis 1668. 8. emendatius prodierunt:

Ille meus quid agit Phoebi Malabeccus amores?
Plectra movet Latios docta ſonare modos?

Magnus hic Vir, (cujus laudes altum canit *Ludovicus Jacobus de S. Carolo*, Cabilonenſis, in Dedicatione *Bibliothecae Gallicae Univerſalis* librorum anno 1651. editorum, his verbis: *Neque ſane vereor ne huic de Te opinioni meae reliquorum omnium calculus non accedat, qui te urbanioris vitae officiis eo usque innutritum, ut merito Charitum ocellus nuncupari poſſis* &c.) commentari ingreſſus eſt *de Originibus Linguae Italicae*, quæ *Pariſiis* 1669. in 4. prodierunt. Eas egregie ſcriptas eſſe omnes mihi affirmant. Qua in re Iudicem competentem & idoneum me non agnoſco. Exiſtimo tamen, ſi hanc operam, ſuperſtite adhuc ſubtiliſſimo *Infarinato*, (z) ſuſcepiſſet, eum aquam ſuam ipſius atramento temperaturum procul dubio fuiſſe. Interim, ſi vera ſunt, quæ calamus, fide digniſſimus, mihi nunciat, ſpero, fore, ut præſtantiſſimum illud *Vocabularium* (a) (Italicum) recognitum denuo edatur. In magna quidem illud exiſtimatione jam eſt apud gentes externas. Hinc enim *Jo. Henricus Bœclerus* in Appendice Diſſertationum ſuarum Academi-

(z) Nomen hoc eſt Itali cujusdam, a literaria quadam Societate ita appellati, cujus nomen patrium jam non ſuccurrit.

(a) Indicatur *Vocabulario degli Accademici della Cruſca*, quod iterum iterumque, v. c. *Venet.* 1686. fol. nec ita pridem longe auctius lucem vidit. Ejusdem compendium quoque exſtat, Venet. 1717. 4. editum.

micarum, Argentorati 1657. 8. impreſſarum, diſſert: III. ubi de *Lexicis* agitur, p. 113. ita ſcribit: *Sed redibimus ad linguam vere Latinam, in qua ſatis erudito, ſatiſque copioſo Lexico nos deſtitui nec ſine pudore quodam recordamur. At in vulgaribus linguis*, ita pergit, *quam eſt eximium Lexicon Italicum, quod Societas ſive Academia* de la CRUSCA *Opere majori & epitomico minori, edidit.* Scilicet *Vocabularium* Academiæ, *Compendium* autem *Alexandro Polito*, Nobili *Senenſi*, homini de Republica literaria meritiſſimo, debetur. Et vel ſic tamen, *Udenus Niſieli*, artis Criticæ peritiſſimus, multa in eo invenit, quæ emendari poſſint. Sed ut ad inſtitutum meum revertar, ſequentia ibi (apud *Menagium*) in laudem amiciſſimi *Magliabechii* invenio p. 708. *Didici illud ex epiſtola humaniſſimi & eruditiſſimi noſtri* Antonii Magliabechii *ad humaniſſimum & eruditiſſimum* Emericum Bigotium, &c. *Pet. Lambecius, Lucae Holſtenii* nepos, Caeſar. Majeſtati à Bibliotheca, p. 16. & 17. Vindobonæ 1665. fol. edito: *Primi*, inquit, *quibus cum amicitiam ibi contraxi, fuerunt Nobiliſſ. Doctiſſimique viri Dnn.* Carolus Datus & Anton. Magliabecchius, *quorum benignitate poſtridie, quam adveneram, ad Palatium honorifice deductus, Sereniſſ. Principi* Leopoldo *litteras reddidi commendatitias, quas ab Eminentiſſ. Cardinali*, Franc. Barberino, *mecum attuleram.* Et paulo poſt de Bibliotheca S. Laurentii verba faciens, ita ſcribit: *Perluſtravi itaque die II. Septembris eximium illum & nunquam ſatis laudandum rei litterariae theſaurum, ductu ſupra memoratorum humaniſſimorum Virorum Dnn. Dati & Magliabechii.* Et paucis verſibus interjectis: *Cum itaque jucundiſſimo illo omnigenae eruditionis ferculo, quantum per anguſtiam temporis ea vice licebat, oculos atque animum cupidiſſime paviſſem, contuli me deinceps ad cetera quae intra & extra urbem ſpectatu digna ſunt,* per-

perluſtranda, *eaque ratione integros quatuor ſubſequentes conſumſi dies*, *maximam percipiens delectationem*, *non tantum ex magnificentiſſimorum aedificiorum*, *& rerum pretioſiſſimum intuitu*, *verum etiam ex familiari conſuetudine cum doctiſſimis viris*, *Dnn.* Andrea Cavalcante, Franc. Maria Ceſſino, Ferrante Cappono, Auguſtino Coltellino, Jo. Alphonſo Borello, & Mich. Erminio, *quorum benevolentiam Dnn.* Carolus Datus *&* Anton. Magliabechus *mihi conciliaverant.*

Sed num omittere fas eſt, quæ de eo *Leo Allatius*, vir nunquam ſatis laudatus, tradidit? Non ſane: cum atramentum ejus ſit

Venenum oblivionis,
Balſamum famæ
Lumen temporis.

Ille quidem Indice VI. Dramaturgiæ ſuæ p.605. de *Oreſte*, Tragœdia *Joan. Rucellai*, verba faciens, tres ultimos verſus pœmatii de *Apibus*, ab ipſo *Romae* an. 1524. compoſiti (erat enim Caſtellanus, Caſtello S. Angeli oriundus) à fratre vero ejus *Palla Rucellao* in lucem editi, & *Jo. Georg. Triſſino* dedicati, typis quidem *Florentinis* 1539. 8.

Ma tempo è, ch' io ritorni al triſto Horeſte
Coſe più ſublime è lagrimoſo verſo
Come convienſi, à i tragici cotburni.

(Ille non erat literæ H. ita inimicus, quales hodie ſunt Florentini, cum illa etiam in iis vocibus, in qua locum non habet, uteretur, ſicut in *Oreſte* citato & in *Coo* factum eſt, ubi hæc legis:

Ne

Ne dol grand Choo, ch' è padre di tal'arte)

affert, iſta ſubiungens: *Super his verſibus* Robertus Titius *in notis ad* Apes *illas*, diſerte ait, Tragœdiam hanc jam eſſe editam: *(Oreſte, di cui il Poëta componeva una Tregedia, che hora ſi vede in luce.) Qua in re eruditiſſimus* Anton. Magliabechius *ſe vereri ſcribit, ne* Titius *erraverit.* Neque aliter ego ſentio, non ſolum inſigni, qua is valuit, Scriptorum veterum & recentiorum notitia, adductus, ſed etiam eo permotus, quod *Palla* in Dedicatione modo laudata, ſcribit. Ibi enim, publicatis *Apibus*, *Triſſino* ait, ſe exſpectaturum donec *Italiam* ſuam ediderit. Deus autem novit, num poſt eam editam in vita adhuc ſuperſtes fuerit. Novi quidem, ſcriptum hoc ab ipſo fuiſſe an. 1539. *Triſſini* vero *Italiam à Gothis liberatam* Romæ per *Valerium* & *Ludov. Doricos* ad nutum *Anton. Macri Vicentini* 1547. impreſſam fuiſſe. Non autem mihi æque conſtat, eum adhuc vixiſſe. *Pocciantius*, Servita, p. 139. tradit, eum floruiſſe anno 1500. ſed non ulterius; neque in *Hiſtoria Genealogica* accuratiſſima celeberrimi noſtri *Apathiſtae*, *Eugenii* Abbatis *Gamurrini* Vol. I. de *Nobilibus Toſcaniae & Umbriae Familiis* p. 279. & 280. plura de eo edoceor. *(b)* Nec quicquam præterea invenio in ſchedis quibusdam volantibus *Athenaei Poëtarum* MS. *Laurentii Legati*, Poëma ejus de *Apibus* ſequentibus diſtichis celebrantis:

Quam

(b) De *Rucellajo* ſ. *Oricellario* hoc plura leges in *Creſcimbenii* Hiſtoria Poëſeos vernaculæ Parte V. lib. V. p. 327. *Ephemeridibus Italiæ Literariis* Tom. XXXIII. Parte I. p. 230-378. *Bælio* Tom. III. Dictionarii p. 2493. & *Niceronis* Memoriis ad Hiſtoriam Virorum Illuſtrium relatis Tom. XIII. p.236.

Quam bene cui Floret *ſtylus, & cui patria* FLORET,
Dona Rucellæus *coelica pangit* APES?
Dulcia mellito debebant carmine pangi
Mella: Rucellaus *carmina mellis habet.*

Quandoquidem autem *major ex longinquo* eſt *fama*, ſecundum id, quod *Lalli* lib. IV. ſtr. 45. ſcribit:

E queſta fama un' male, un cacaſangue
Da far per rabbia diſperar le genti
Quant una pulce è da principio e langue &c.

ſatius fuerit, ulterius proficiſci, cumque in *Montem S. Savini* proficiſcendum ſit, & amicus ægrotans, qui eſt D. *Pet. Franc. Minozzi*, homo magnæ in Parnaſſo exiſtimationis, inviſendus, ciſtam ejus quandam perluſtremus. Proh! bone Deus, quot volumina in ea reperio, quæ adhuc ſunt formis exſcribenda, & fierine poterit, ut, ipſo ſuperſtite, in lucem proferantur? Inter cetera ſe mihi offert *Bibliotheca Medicea (c) aucta & illuſtrata à Magno Duce Toſcaniae, COSMO III. auctore Pet. Franc. Minozzi, Sexagenario, Profeſſore Legum Monſavinenſi.* Nolim, ægre is ferat, tam male me ipſi ominari, cum commentationem illam æque ac alias ejus-

(c) Lucem illa vidit Lugduni 1623. 8. Illa vero, italice ſcripta, continentur primum epigrammata & carmina varia in Bibliothecæ Mediceæ laudem facta uſque ad p.32. deinde uſque ad p. 42. exſtat index ſcriptorum à *Minozzio* editorum; porro uſque ad p. 51. alia ejusdem *ἀνέκδοτα* enarrantur; denique usque ad finem libelli, h. e. p.57. Scriptores laudantur, qui honorificam *Minozzii* men-

Digitized by Google

ejuſdem, quæ in *Aproſiana* extant, male admodum habitas eſſe viderim. Exſtant in illa varia & Italica & Latina carmina in laudem noſtri (*Magliabechii*) ſcripta. Ex illis nunc quidem duo Hexaſticha afferre ſuffecerit:

Ad Sereniſſ. Magnum Etruriæ Ducem Coſmum III. qui Regiam inſtruit Bibliothecam de admirabili Viro D. Anton. Maliabechio.

Biblia quid varias exquiris, COSME, per oras,
Quid petis omnigenis edita ſcripta typis?
Mens una ANTONI tibi libros exhibet omnes;
Plena ille eſt votis Bibliotheca tuis.
Quin ſcriptam oſtendunt atrata volumina noctem,
Iſta diem ingenii Bibliotheca vibrat.

Ad ipſummet D. Anton. Maliabechium, Bibliothecam M. E. D. cumulantem.

Congeris innumeros in ſcrinia ſplendida libros,
ANTONI, ad Magni maxima juſſa Ducis.
Tu liber es ſpirans, animator es ipſe librorum,
Inque volumina tu lumina viva vibras.
In libros unus tu mille volumina ſpargis,
Vitaque es exſtinctis plus Liber ipſe libris.

Accedat his Alcaeus Toſcanus, *Fridericus Nomius*, qui ſæculum noſtrum XVII. quamvis ferreo illo inferius, aurea ſua Paraphraſi Pindari Venuſini locu-

mentionem fecerunt. Hæc in eorum gratiam adſero, qui librum forte, non viſum ſibi, ad alia omnia pertinere credere poſſent. Ejuſdem *Minozzii* Bibliotheca Aproſiana decantata in calce ipſius Bibliothecæ Aproſianæ exſtat p. 667 - - 682. quæ ibidem varia ejus epigrammata Latina laudibus ejus dedicata complectitur.

locupletavit (*d*). Hic Odam ingenioſiſſimam, quam *Sagam* (*Strega*) inſcripſit, ita orditur:

Scinta il ſen, nuda il piè, ſciolta le chiome
Allor che Cintia il volto
Col fraterno ſplendor nulla innargenta &c.

Atque ita finit:

Quanto eternaro in carte
O la preſente etade, ò le traſcorſſe,
Cui d' ogni ſaſſo è conto
D'ogni erba d'ogni pianta il pregio, e l'arte
Come a langvente cuer ſuſſidio poſſe &c.

Tendamus nunc *Florentiam*. *Michas* cap. VII. 6. Vaticinii ſui ita: *Inimici hominis domeſtici ejus.* Quod ſi igitur eum ab ipſis civibus ſuis laudatum intelligemus, nonne egregie firmata credemus ea, quæ exteri in laudem ejus ſcripſerunt? *Carolus Dati*, in celeberrima *Cruſcæ* Academia *Smarrito* appellatus, & ex literis non minus in aliis regionibus, quam in Italia celebritatem conſecutus, in *Vitis veterum Pictorum* Italice deſcriptis & illuſtratis, ibique in Additamentis ad Vitam Apellis p. 180. hæc habet: *Ante Turnebum obſervavit & correxit eundem errorem Marinus Becichemius in* Collectaneis obſervationum in primum Naturalis Hiſtoriæ librum, Pariſiis 1519. editis. *Hujus libri notitiam & uſum debeo Antonio Magliabecho, Florentino, amicorum cariſſimo, qui ex mirabili cognitione & intelligentia cujuſque generis librorum Bibliotheca viva, quo nomine ab aliis appellatus eſt, vocari*

(*d*) De hac verſione Italica *Horatii* lege eruditiſſimi *Fabricii* noſtri Bibliothec. Latinam Vol. II. p. 342.

vocari meretur. Similia celeberrimæ Academiæ APATHISTARUM auctor eruditiſſimus *AUGUSTINUS COLTELLINUS* (*e*) habet. *Coltellinus*, inquam, Advocatus in foro Florentino celeberrimus, ſtatura parvus, ſed animo magnus, & idoneus, qui cultello ſuo, omni enſe Turcico acutiore, collum amputet non ſolum omnibus illorum ſtrategematibus, qui leges huc illuc torquentes ea eliciunt, de quibus Legiſlatores nec per ſomnium cogitarunt (pudeat Chriſtianos, qui hac in parte Turcis pejores ſe præſtant, quemadmodum *Glareanus* noſter in Pentecoſte II. *Genialium* (Grillaia) *Magliabechio* hanc quæſtionem proponit: *Num Barbarus ſit, qui Barbarus vocatur?*) atque adeo lites ferunt nunquam finiendas; ſed etiam *hydræ vitiorum*, quæ in homines dominantur. Hic *Coltellinus*, inquam, in ſua *deſcriptione miraculi ſanctiſ. Sacramenti, quod an.* 1230. *apud S. Ambroſium Florentiæ accidit*, p. 24. editionis an. 1666. per Evangeliſtas & Matinos in 12. curatae, ita: *Quibus colophonem addidit πολυμαθὴς nullique literatorum ignotus D. Maliabechius.* Præterea in Præfatione ad *Ænigmata* ſua, ibid. ex officina Franc, Onuphrii edita, ita: *In manus meas inciderunt à variis item amicis, interque eos ab Anton. Magliabecho, defæcatiſſimi judicii viro, viſa ſunt.* Denique in *Mantiſſa* F*identiana* ab eodem, ut ſupra, p. 17. edita:

Padre Aproſio *mio lepido*
Che nel far mirabilia
Nella voſtra città di Ventimilia
Non ſete punto tepido,
A fin, o ch' ella s'eſtenda
Glorioſa, e riſplenda
Di là da mille milia

Mercé

Mercé dell' Alma voſtra APROSIANA
Che con l'AMBROSIANA.
E con l' altre più Illuſtri
Che fur già tanti luſtri
Dal Lipſio celebrate
E dal mio MAGLIABECHIO celebrande
Di cui la fama ogn' or viè più ſi ſpande.

Neque omittendum h. l. fuerit, quod idem in libro, *Riſtretto di Segretaria*, Principi dedicato, & edito ab Evangeliſtis & Matinis 1670 in 12. de ejuſdem Principis Bibliotheca loquens ſcribit: *Bibliothecam, quæ cum celeberrimis comparari poſſit curæ* Anton. Magliabechii *commiſit, quem ego in epiſtola Latina ad eruditiſſimum* Menagium, *ad exemplum* Longini Caſſii, Porphyrii *præceptoris*, Bibliothecam ſpirantem & Muſeum vivum *appellavi, cujuſque doctrinam variam hoc loco celebrare non vacat, cum ea Celſitudini Tuæ ſit perſpectiſſima, mihi vero epiſtolæ ad Magnum Principem ſcriptæ terminos migrare non liceat, &c.* Huic teſtimonio alia adjicere ſuperfluum fortaſſe videatur. Injurius tamen fuerim in duos (Abbatis enim *Gamurrini*, de eo p. 143. cum laude, ex merito quidem, mentionem facientis verba, pace ejus, hac vice omittam,) *Valerium Chimentellium* & *Pet. Suſinum*, quorum jactura Reſpublica literaria omnium, qui eos cognitos habuerunt, judicio magnum detrimentum accepit. Prior eorum, in Dedicatione *Marmoris* ſui *Piſani de honore Biſellii Sereniſſ.* Coſmo III. *Etrur. Principi* p. 3. ita exponit: *Vaſto nimirum illo fidelis memoriæ ſinu Magni Parentis Æmulator complecteris ac ſervas, quicquid uſpiam vel aſſidua lectione, vel multiplici adloquio prudentium virorum cumulaveris. Vere namque Tragicus monuit:*

Σοφοὶ τύραννοι σοφῶν συνουσίᾳ.
Sapiunt reges ſapientum congreſſu.

Jam enim quid tibi tam in deliciis, quam vel eximius aliquis liber, quem Macedonis more narthecio condas? vel πολυμαθέστατος vir, quem intra laureata penetralia ad longi ſermonis commercium admittas? Hic ipſe eſt *Magliabechius*, quamvis non appelletur. Finem faciemus *Suſinii* verbis. Ad virum enim adeo celebrem laudandum non libelli alicujus foliola, ſed *Fabrorum* & *Calepinorum* folia requiruntur. Quid igitur ille amplius dicit? Audi:

Tanto nella virtù ſete valente,
Che l'opere compoſte e prima, e poi.
Tutto ſapete come 'l Credo a mente.
Sono i Greci e i Latini un mar di buoi,
Che voi ſapete quel, che dicon loro,
E lor non ſan quel che ſapete voi.

Libri ab eo donati ſunt multi. Cum vero inter alios diſperſi quaſi volitent, eos conquirere nunc non vacat. Interim certus ſit, ſingulis eorum nomen ejus eſſe inſcriptum. Magis enim mihi honori duco nominare eos, qui donarunt, quam ipſi donatores ſibi forte laudi duxerint. In præſentia recordor eorum, qui ſequuntur.

[1] *Exſequiæ Sereniſſ. Principis Franciſci, Florentiæ à Sereniſſ. Ferdinando II. fratre ejus in Inſigni Collegiata S. Laurentii an.* 1634. 30. *Auguſti celebratæ, & ab Andrea Cavalcanto deſcriptæ.* Florent. per Jo. Baptiſt. Landinum 1634. 4. (*Ital.*)

[2] Catalogus inſignium in quavis Facultate variiſque linguis librorum Ampliſſ. viri Theodori Graſwinckel &c. quorum auctio habebitur d. 21. Octob. 1667.

[3] *Inſti-*

[3] *Inſtitutiones Anatomicæ corporis humani, carmine comprehenſæ ab Hoſtilio Contalgeno, Academico Apathiſta.* Florentiæ 1660. in 12. (*Ital.*)

[4] *Hendecaſyllabi Fidentiani* ejuſdem cum *Fiſtula Magiſtri Ficardi &c.* Florent. per Maſſos & Landos, 1641. 8. (*Ital.*)

[5] Eorundem Pars II. ibidem ut ſupra 1652. in 12.

[6] *Rhythmi jucundi* ejuſdem. Ut ſupra.

[7] *Senex praelatus*, jocus ſerius ejuſdem. Ut ſupra.

[8] *Lectio* ejuſdem ſuper carmen Franc. Perni. &c. ex officina Amatoris Maſſi, 1652. 12. (*Omnia Ital.*)

LII.

ANTON. MUSCETTOLA,

Primogenitus Franciſci Ducis Spezzanuenſis, natus d. 25. Januar. an. 1628. cujus laudes ex parte copioſæ legi poſſunt in Elogiis eruditorum D. *Laurentii Craſſi*, JCTI Neapolitani celeberrimi, de quo alibi copioſius dicendi locus dabitur. Qui eloquentiſſimi *Jo. Franc. Bonomii* momimenta variæ eruditionis, inſcripta: *Epiſtolarum pluriumque Venuſtatum Miſcellanea* inſpicere voluerit, p. 18. invenerit elegantiſſimam epiſtolam, quæ eſt XI. & ſi perrexerit ad p. 285. deprehenderit *J. Franc. Bonomii, Bononienſ. Monarchiam Apollinis, exporrectam in Cyprum, Romam, Cordubam, Palæſtinam & Athenas, &c.* Ad D. Anton. Muſcettolam N. N. In *Partu* quoque *Urſæ* variis locis eſt delineatus, & interpretatio vernacula *Chironis Achillis* in frontiſpicio nomen ejus venerandum refert. In *Aula* etiam *Academica*, quam aureæ pennæ *Hieron. Boſelli*, Comitis, ex Temporis alis exciſæ, debemus,

mus, Parte IV. p. 84. locum invenit. Qui *Poëmata Lyrica* D. *Franc. Capponii*, Academici Otioſi, legerit, p. 11. invenerit egregiam Odam, nomine ejuſdem ornatam. Florentiſſima non minus quam innocentiſſima *Innocentii Mariæ Floravantis* Muſa eum celebrat p. 45. *Odarum*. D. *Franc. Dentice*, Canonicus, ejus meminit Parte I. Carminum ſuorum, p. 157. *Nic. Anton. di Tura*, intelligens, quantum decus inde in *Abortus* ſuos *Poëticos* redundare poſſit, voluit, ut p. 182. carmen quoddam ſuum, admiratione dignum, legeretur. *Jo. Baptiſta Theodorus*, Eques, *Speculum* ſuum lucidiſſimum redditurus, temperare ſibi non potuit, quo minus nomen ejus p. 124. *Carminum* ſuorum conſignaret. *Jo. Ludov. Piccinardus*, qui à juventute ſcriptionibus ſuis proſariis & ligatis mira præſtitit, Elegiæ ſuæ I. *Coloris Elegiaci Iridis Poëticæ*, quæ inſcribitur: *Sola virtus mortis triumphatrix*, fidem facturus, p. 31. *Antonii Muſcettolæ* nomen præſcripſit, quemadmodum eidem *Oden* ad Cynthiam, Parte II. Carminum p. 20. exſtantem, dedicavit. Num vero *Balthaſar Piſani* paſſus eſt, ut *Lyrica* ſua *Neapoli* an. 1669. in 11. per Luc. Anton. Tuſcum edita, ſine immortali ejus nomine prodirent? Non ſane. Legitur enim p. 173. ita: Ad D. *Anton. Muſcettolam*, cui, poſtquam relicto Juris ſtudio privatæ vitæ ſe dederat, rerum ſuarum conditionem exponit. Elegantiſſima eſt *Ode XXIV.* quaternariis conſtans, quorum ſex ultimi laudes ejus canunt. Quod ſi ego paucis foliis conſtringere vellem eos omnes, qui hominem eruditiſſimum laudarunt, idem agerem, ac ſi aquas maris foſſulæ alicui includere conarer. Sufficiant itaque *Montalbanus*, *Encyclopædias* gnariſſimus, qui ejus meminit in Dendrologia ſua p. 559 & 654. & doctiſſimus *Laurent. Legatus* in *Chryſomeleidibus* ſuis, v. 235. & *Agromeleidibus* v. 701. Ut autem intelligatur,

qua

qua ratione amicitia inter Equitem hunc humaniſſimum & Fratrem *Angelicum* coaluerit, epiſtolam ſequentem, illius parariam & nunciam, deſcribam:

Pater Reverende & Patrone,

Egregiis dotibus, quæ te, Reverende Pater, orbi admirandum ſiſtunt, adductus jam pridem occaſionem captavi, animum tibi deditiſſimum ſignificandi. Tenuitatis vero meae mihi conſcius, creſcere videbam deſiderium, quod tamen exſequi vix audebam. Interim per Vincent. Pallavicinum, mihi amiciſſimum, certior factus, fore, ut pro humanitate tua affectum meum ambitioſum optime interpreteris, officia mea præſentibus teſtari volui, feliciſſimum me exiſtimaturus, ſi juſſibus tuis dignum me ſis habiturus. In eo ſum, ut volumen aliquod carminum meorum, Neapoli olim editorum, cum acceſſionibus nonnullis recudi faciam, operam daturus, ut unum eorum, quod cum his mitto, nomine tuo ornatum in lucem prodeat, ubi tibi hoc inſtitutum non diſplicere intellexero. Gloriam mihi interpretabor ex nutu tuo ſemper pendere, manibuſque oſculo delibatis finio. Neapoli 15. *April,* 1660.

R. P.

tibi deditiſſimus

D. ANTONIUS MUSCETTOLA.

F. *Angelicus* ad epiſtolam hanc humanitatis pleniſſimam, ut par erat, reſcribens ſequentem alteram recepit. (*f*)

Admodum Reverende Pater, & Patrone,

Literæ tuæ humaniſſimæ, quibus tuam mihi benevolentiam

(*f*) Hanc ut & ſuperiorem epiſtolam ex Italica Latinam feci.

nevolentiam cum inſigni animi voluptate teſtatam feciſti, docuerunt me, Philoſophum recte dixiſſe, quod honor ſua natura ſit jucundus. Itaque pro humanitate tua veniam mihi facies, ſi, repetitis vicibus ſcribens, de honore hoc mihi conciliando, etiam cum patientiæ tuæ periculo, ſim ſollicitus. Et quomodo placere nolim viro omni ex parte admirando? Fateor apud Senecam nutricem illam recte pronunciare, quod fama veri parum ſit amans. Quamvis enim merita tua prædicet, laudes tamen omnes meritis tuis longe inferiores eſſe intellexi. Et quid Famæ miniſterio indiges, quæ non niſi pennis tuis nixa gloriæ plena volare poſſit? Juratus hoc aio, me ſola eruditione tua, ſcriptis probata, in admirationem tui & cultum rafuiſſe. Quod magnus vir ad alium aliquando dixit: Loquere, ut te videam; *id uſu mihi venit, quando in commentationibus tuis, quas evolvere mihi feliciſſime licuit, ingenium tuum tam ſublime perſpexi, ut exiſtimem, te, quicquam tui ſimile quærentem, in ſpeculum non aliud intueri debere, quam illud, quod Armidæ his verſibus inſpiciendum proponitur:*

Specchio t' è digno il Cielo, o nelle ſtelle
Tu puoi mirar le tue ſembianze belle.

Fortaſſe tamen, dum obſequii mei ſignificatione benevolentiam tuam mihi conciliare conor, indignum ea me præſtitero, qui garrulitate mea ſtudia tua ſeveriora interpellare auſim.

Pur s'el fallo è d'amore, il fallo è lieve.

Finiam itaque. Interim nunquam credidero, ſtudium tibi meum placere, niſi mandatis tuis me videam inſtructum. Hoc eſt, quod mihi à te expeto, manus tuas demiſſe oſculatus. Neapoli 1 *Jul.* 1660.

Scripſe-

Scripſeram hæc, cum ex P. Vincentio *intelligo, ſe volumen aliquod carminum meorum ad Te mittere velle. Itaque, quamvis verear, ne ingenii tui palato commentationes meae amaræ accidant, amici tamen voluntati non potui non obtemperare. Veniam itaque facies non ſolum Auctoris, ſed & infinitis operarum erroribus, quibus, Neapoli tunc abſens, mederi non potui. Vale iterum.*

Tibi deditiſſimus

D. ANTON. MUSCETTOLA.

Fauſtis ominibus amicitia hujus Equitis vere generoſi Fr. *Angelico* eſt conciliata, qui tam munificum ſe præſtitit, ut *Aproſiana* ex libris iterum iterumque donatis incrementa magna ceperit. His effigiem quoque ſuam, carmine, quod Parte II. Carminum ejus p. 28. legitur, comitatam adjunxit:

Queſto, ove eſpreſſo io ſon, lino ſpirante
Qual tributo d'amore ecco t' invio,
ANGELICO gentil che ben deggio io,
Se gia ti diedi il cor, dar ti il ſembiante.
Del' tuo nobil Muſeo frà tante e tante.
Immagini d'Eroi viver deſio,
Che 'n quel porto d'Onor l'onda d'oblio
A ſommergere altrui non è baſtante.
Mova il Tempo, ſe sà, vanni funeſti:
E dì morte crudel l'ira fatale
Scempi ſpietati all' Univerſo appreſti.
Il lor cieco furor già non m' ingombra
Di tema il petto. Eſſor caduco e frale
Come il corpo potrà, s'eterna è l'ombra.

In elogium effigiei viri æſtumatiſſimi carmen ve-

re Heroicum, celebri Heroe digniſſimum, & a Poëta, Heroibus omnibus majore, factum apud me habeo. Si Heroes alias divini aliquid & humani ſecum ferunt, id ſane totum ratione ſtructuræ ſuæ eſt divinum. Omnino vero tantus Poëta laudatore non inferiore dignus erat. Audiat Invidia, & fremat.

Per poter maneggiar muſiche Avene,
Inchinai Cantor Toſco Ara Febea,
E mi guidar Partenopee Camene
In Pindo, à reſpirar l'Aura Pimplea.
Adornai di Coturni l'Itale Scene,
E di Tullio calcai l'orma Tarpea.
Feci più volte ſu le patrie arene
A i Deſtrier calpeſtar le polve Elea.
Ma ſe ſia mai, che tra gli Eroi pugnaci,
Del Marnatio poſte le ſpiagge in bando
Io vada à debellar' i Mauri, o i Turci,
Per far il nome mio più memorando,
Leggendo Opre guerriere, Opre loquaci,
Sarò Apollo à la Cetra, è Marte al Brando.

Num denique omittere fas eſt præſtantiſſimum Tetraſtichon, ab illius ingenio effabricatum, à quo nihil proficiſci poteſt, quod non inſtar Herculis Gallici lectorum animos quaſi catenis quibuſdam ad ſe pertrahat? Injurius omnino & in laudatum virum & in librum meum forem, ſi illud omitterem, inprimis cum ex elegantiſſimi *Legati Athenæo Poëtico* MS. ſit petitum. Habe illud,

Si canis, ad cantum ſurgunt, MUSCETTOLA, Flores,
Et flores, quoties differis, ipſe ſeris.

Nec

Nec mirum hoc. Mirum, melicos in pectore flores
Edat, qui MUSAS exoriendo TULIT.

Enumeremus jam libros ab eo donatos, ex quibus agmen ducant, quos immortali ejus ſudori debemus.

[1] *Carmina Anton. Muſcetolæ*, Neapoli 1659. 12. per hæredes Cavalli. Illa poſtea Venetias per Babas an. 1661. eadem forma recuſa ſunt ſed auctiora, una cum Auctoris effigie, & venuſtiſſima Ode, tetraſtichis conſtante. Inſcripta hæc eſt *Odoardo Fernandeſio de Vega*, & hunc præfert titulum: *Cur aſinus Iliadem Homeri comederit?* Ultimum tetraſtichon ita habet:

Ma per tante ragion non mi ſi vieti
D' eſpor vi in breve un mio penſier, ch' è raro
Volle aditarne il provido Somaro,
Ch' opra è da CIVCCI il lacerar Poeti.

Mentio hujus Odes fit in epiſtola prima. Exſtat præterea in hac editione *Ode in pacem inter Catholicam & Chriſtianiſſimam Coronas*, quæ legitur p. 159. (*Ital.*)

[2] *Roſminela fabula Dramatica* D. A. M. Neapoli & Venet. ut ſupra.

[3] *Carmina* D. A. M. Pars II. Venet. apud Zachar. Conzatti 1669. 12.

[4] *Muſeum Muſarum*. Ut ſupra. (*Ital.*)

[5] *Beliſa Tragœdia*, ejuſdem. Loani per Jo. Thomam Roſſum, 1664. 12. & MS. in 4.

Ad egregium hoc poëma alludit *Legatus* noſter p. 23. *Agriomeleidum* ſuarum:

Magnanimoque meus MUSCETTOLA Principe cretus
Dicetur Tragico quam pede grande ſonet.

Ornare

Ornare hanc operam inſtituit *Dominicus Piola*, Apelles Genuenſis, pictura elegantiſſima, quam *Jo. Matthias Striglionus*, Eccleſiæ Badalucenſis Canonicus, ære expreſſit. Horum induſtriam Poëta ipſe in grati animi ſignum Parte II. Carminum ſuorum p. 90. hoc carmine celebravit:

D. *Jo. Matthiæ Striglione & Dominico Piolæ, qui nonnulla ſua carmina illuſtrarunt.*

Vago d' eternita tentai con arte
In Permeſſo animar Toſcana lira
E perche dell' età ſcherniſſer l'ira
Di balſamo Simpleo ſparſi le carte.
Ma ſtil, cui poco onor Febo comparte
A trionfo ſi grande indarno aſpira;
Onde la mente mia quaſi or le mira
Da pochi luſtri diſſipate le ſparte.
E pur mentre à lor prò Fabbri immortali
E lo ingegno, e la man movono, anch' elle
San del Tempo ſchermir l'armi fatali.
Quindi, nel rimirar queſt' opre, e quelle,
Grida ſtupido il mondo: à fogli frali
Ciò, ch' Apollo non diè, concede Apelle.

Viciſſim *Striglionus*, qui animi cauſa, non autem, quaſi hanc artem faceret, ære id egregie expreſſerat, demonſtraturus, ſibi commercii aliquid cum Muſis, ſive Italis, ſive Latinis, intercedere, iiſdem rhythmis retentis, ſequens carmen repoſuit:

De i ferri miei così ſmarrita è l'arte
Ch' egvagliar non ſi du con voſtra lira:
Che de i voraci di rintunzzar l'ira

Più

Più aſſai de' Bronzi miei le voſtre carte
Dietro à l'orme di voi il Ciel comparte
A me l' honor, che'l mio Bolino aſpira;
Onde le carte mie la Fama mira
Per mezzo voſtro ſol volgate e ſparte.
Ben mi diſſe un di Clio: Pregi immortali
Non ſi confan con tue rozzezze, ond' elle
Han nell' oblivion ſtanze fatali
Serò via sù, tempo verrà, che à quello
Benche ſiano in ſe caduche, e frali,
Apollo dia ciò, che non puote Apelle.

Utrique illi pro ſingulari ſua humanitate huic quoque Bibliothecæ arte ſua illud decus conciliarunt, quod ab atramento meo fruſtra exſpectaſſet.

[6] *Proſaica ſcripta* A. M. Placentiæ 1665. 12. Ibi p. 186. legitur *diſſertatio de veræ amicitiæ exceſſibus*, cum hac inſcriptione: *Angelico Aproſio Vintimiglia hæc diſſertatio ſacra eſto, cui vel ideo eam dedicandam cenſui, quod amici perfectiſſimi nomine jure celebretur.* (*Ital.*)

[7] *Caſtalliæ Stillulæ ducentæ*, quæ quartum rivulum Permeſſi conficiunt. Hoc eſt Epigrammaton Joſephi Domenichi Phapanis à Cupertino Liber IV. Illuſtriſſimo D. D. Muſcettulæ. Parmæ apud hæredes Pauli Vignæ, 1662. 8. (*Lat.*)

[8] *Caſtalliæ Stillulæ trecentæ*, h. e. Ejuſdem lib. V. Florent. 1667. 8. (*Lat.*)

[9] *Divinitas communicata*, Poëma ſacrum & Heroicum *Franc. Staibani* Sacerdotis Neapolitani. Neapoli per Dominic. Anton. Fierrum, 1668. 8. (*Lat.*)

[10] *Carmina* Jo. Bapt. Theodori. Ibid. per Novellum de Bonis, typographum Archiepiſcopalem, 1661. 4. (*Ital.*)

[11] *Anti-*

[11] *Antiperipatias: h. e. adverſus Ariſtoteleos de reſpiratione Piſcium, diatriba.* De piſcibus in ſicco viventibus. Commentar. in Theophraſti Ereſii libellum hujus argumenti. Phoca illuſtratus, ſcilicet anatome ſpectatus, & Philoſophico criterio examina us. De Radio turturis marini, ejuſque vi, medicina, veneno. Marci Aurel. Severini Thurii, &c. opuſcula diu exſpectata, nunquam viſa. Acceſſit vitæ Auctoris Synopſis. Neapoli apud hæredes Camilli Canalli, expenſis J. Alberti Tarini, 1659. fol. *(Lat.)*

[12] *Pompa funebris hujus Univerſi* in morte Philip. IV. Magni Hiſpaniarum Regis, Monarchæ Catholici, Neapoli 1666. 18. Februar. celebrata, ab Eminentiſſ. Paſchali Aragona &c. deſcripta autem à Marcello Marcello Marciano, Conſiliario S. M. &c. Neapoli 1666. fol. *(Ital.)*

[13] *Memoriæ hiſtoricæ apparitionum Crucis prodigioſarum*, in compendium redactæ à D. Carolo Calà, Duce Dianenſi & Marchione Lamontenſo. Neapoli per Novellum de Bonis, 1661. 4. *(Ital.)*

[14] *Characteres Heroum*, Blaſii Culani. Pars I. Ibid. per hæredes Alberti Molli, 1661. in 12. *(Ital.)*

[15] *Eorumdem* Pars II. ibidem ut ſupra.

[16] *Carmina Lyrica* Franc. Anton. Capponi, Academici Otioſi, ibid. per Hyacinthum Paſſarum, 1663. in 12. *(Ital.)*

[17] *Carminum* D. Franc. Denticii, Patricii Neapolitani, & Epiſtolarum Pars I. ibid. per Jo. Franciſc. Pacium, 1667. 12. *(Ital.)*

[18] *Corona Mariana*, plauſus poëtici ad Mariam Virginem. Ut ſupra in 8. *(Ital.)*

[19] *D. Mauri Martyris, Tutelaris Lavelli in Apulia, Encomiaſtica vita*, ſcripta à D. Franc. Villareali, V. I. D. & ab Excitatis Academiæ Principe. Ibid. apud hæredes Roberti Molli 1661. 8. *(Lat.)*

[20] *Hiſtoria Principum Longobardorum*, quæ continet antiqua aliquot Opuſcula de rebus Longobardorum Beneventanæ olim Provinciæ, quæ modo fere eſt Regnum Neapolitanum. Camillus Peregrinus, Alex. filius, Campanus, recenſuit, atque carptim illuſtravit. Ibid. ex typ. Franc. Savii, Impreſſoris Curiæ Archiep. 1643. in 12. *(Lat.)*

[21] Libri II. hiſtoriæ Principum Longobardorum, Pars I. quæ continent diſſertationes de Inſtitutione; Finibus & deſcriptione antiqui Ducatus Beneventani. Auctore eodem, ut ſupra 1644. in 4.

[22] *Antiqui Chronologi quatuor, Herempertus Longobardus, Lupus Protoſpata, Anonymus Caſſinenſis, Faleo Beneventanus, cum Appendicibus Hiſtoricis.* Nunc primi ex MSS. Codd. aſpiciunt lucem opera ac ſtudio Anton. Carraccioli, ex Ord. Clericorum Regul. Preſb. qui Nomenclatorem & Propylæa, ut vicem commentarii ſubeant, præfixit Operi. Ibid. typis Scorigianis, 1626. in 4.

[23] *Carmina* Onuphrii d'Andrea ante non edita. Pars I. Ibid. ex officina Matthæi Nucci, 1631. in 12. (*Ital.*)

[24] *Carmina* ejuſdem ante non edita cum ipſius Auctoris expoſitione. Ibid. per Dominicum Roncagliolum, 1634. in 12. (*Ital.*)

[25] *Vana zelotypia*, Comœdia ejuſdem: ut ſupra, 1631. 12. (*Ital.)*

[26] *Italia liberata*, Poëma heroicum ejusdem, de excidio regni Langobardorum. Ibid. per Rob. Mollum, 1646, & per Octav. Beltranum, 1647. (*Ital.*)

[27] *Abortus* Nicol. Tura, Pars I. Ibid. per Hieron. Faſulum 1665. in 12. (*Ital.*)

[28] *Congeminata vox Turtures Florentiſſimum Sacrorum Ordinum ſtatum diſrupta cavea Anonymi iterato occinentis.* Opus ex MSS. Tractatibus Gra-

vinianis

vinianis ab Illuſtriſſ. D. Auguſtino Ardingello excerptum, & à Facultate Theolog. Parthenop. Invictiſſ. & Potentiſſ. Poloniæ Regi dicatum Neap. Campanorum, typis Scorrigianis, 1633. in 4. (*Lat.*)

[29] *Ægro corpori à Muſa ſolatium*, *auctore* Franc. Acerbo. S. I. Ut ſupra, typis Jo. Franc. Saccii, 1660. (*Lat.*)

[30] *Vita S. Orontii* cum variis Meditationibus deſcripta a D. Ponato Antonio Quarta, D. Anton. Muſcetolæ dedicata. Ut ſupra per Hyac. Paſſaro, 1664. in 12. (*Ital.*)

[31] *Præſtantia Linguæ Neapolitanæ præ Toſcana*, auctore Parthenio Toſco, Academico Lunatico. Ibid. per Novellum de Bonis &c. 1662. in 16. *Ital.*

[32] Cithara major triſtior (Tiorba à taccone) Philippi Sgruttendii de Scafato, ad Illuſtriſſ. Januar. Muſcettolam. Ibidem per Camillum Cavallum, 1646. in 12. (*g*)

LIII.

ANTON. PORRUS,

Civis Intemelienſis. Exſtabant in Aproſiana italice, *Tre Trattati d'Albertano judice di Breſcia*; *il primo della direzion di Dio e del proſſimo*, *e della forma dell' oneſta vita: il ſecondo della Conſolazione*, *e de' Conſigli*; *il terzo delle ſei maniere di parlare*; ſcripti ab eo Latine inde ab anno 1235. ad 1246. & eodem tempore in dialectum Florentinam

(*g*) De *Muſcettola* hoc lege etiam *Laurent. Craſſum* in Elogiis. De dramate, quod idem ſub tit. *Roſaura, overo l'innamorata Scaltro*, & ſub ficto nomine *Conſtantini Varelmi* edidit, vide *Aproſii* noſtri *Viſiera alzata* p. 33.

nam converſi, poſtea cum variis Codd. MSS. comparati, & cum contextu quoque Latino collati ab *Inferigno*, Academico *della Cruſca.* Florentiæ apud Juntas 1610. in 4.

Cum itaque *Porrus* Latinum contextum haberet, illius copiam Fr. *Angelico* fecit. Titulus iſte eſt:

Albertini, Cauſidici Brixienſis, ad inſtitutionem filiorum ſuorum liber de doctrina docendi & tacendi. Cunei per Mag. Viotum de Dulcis, anno 1507. de menſe Auguſti in fol. *(b)*

LIV.

ANTON. BATTAGLINUS ORENGVS,

Civis Intemelienſis. Recte ait Eccleſiaſtes I. 7. *Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur.* Liber, qui ſequitur:

Orlandus furens M. *Ludov. Arioſti*, cum quinque novis ejusdem carminibus, figuris ornatus, & cum acceſſionibus, 1) *Vita Auctoris*, per M. Simonem Fornarum ſcripta, 2) *Allegoriis in ſingula carmina*, M. Clementis Valvaſſoris ICti, 3) *Argumentis ſingulorum carminum*, per M. Jo. Marium Verdezzotam, 4) *Annotat. Imitationibus & Animadverſionibus in loca difficiliora*, Ludov. Dulcis, & aliorum. 5) *Opinionibus in duello*, Anonymi. (Pareri in duello) 6) declarationibus hiſtoriarum & fabularum, M. *Thomae Poracchii.* 7) *Collectione omnium ſimilium ab auctore adhibitorum.* 8) *Vocabulario vocum obſcuriorum, addita earundem expoſitione* & 9) *dictionario rhythmico, cum rhythmis omnibus* Arioſto *receptis*, Jo. Jacobi Paruta. *Venet.* per Jo. Andr. Val-

(b) Vide *Cozzandi* Bibliothecam Brixienſem Parte I. p. 6. 7.

Valvaſſorem, qui Guadagninus appellatur, 1566 4. (*Ital.*)

Hic, inquam, liber primum fuit D. *Julii Aproſii Caſanovæ*, F. *Tobiæ*, qui & ipſe Legum Doctor erat, *Petronillæ*, Matris F. Angelici, in tertio gradu conſobrini. Cum ſine relictis heredibus diem is obiret, fratrem, *Ludovicum*, habebat hæredem. In hujus itaque manus incidit liber, eo vero itidem ſine heredibus defuncto, pervenit ad *Magdalenam Orenghiam*, ejus uxorem, quam omnis ſuæ ſupellectitis heredem conſtituerat, relicto eidem totius hereditatis uſu fructu. Fr. *Angelicus* in patriam reverſus, omnem dabat operam, ut illi librum hunc ex manibus extorqueret; ſed fruſtra erat, quamvis ipſi polliceretur aliud exemplar, cum alterum illud expeteret propter acceſſiones ibi exſtantes, non vero propter editionem, qua longe meliores, a *Valgriſio* expreſſas, poſſidebat. Denique cum & ipſa fatis fungeretur, librumque nepoti ſuo reliquiſſet, hic, illa hac in parte humanior, *Aproſianæ* dono dedit.

LV.

ANTONIUS FRANCISCUS DE LAURENTIIS,

Bernardini, & Leandræ Porræ, Fr. *Angelici* in quarto gradu conſobrinæ, filius, optimis moribus Sacerdos, benevolentiam ſuam teſtaturus, libros ſequentes donavit.

(1) *Plauſus feſtivi* Romæ facti, electo Ferdinando III. Rege Romanorum. Romæ apud Pet. Anton. Facciottum, 1637. fol. (*Ital.*)

(2) *Rhythmi ſpirituales*, ad imitationem VII. Pſalmorum Pœnitential. MS. in fol. (*Ital.*)

(3) *Chronicon, quod vocatur triumphus eorum, qui fama recens ſunt celebrati*, quo continetur vita cujus-

jusque eorum, una cum rebus præclare & fortiter per arma geſtis. Accedit vita præſtantiſſimi Equitis *Beltran de Gveſcin* recens ex Gallico, in dialectum vulgarem Caſtellanam translata, per Anton. Rodriguez Portugual in fol. (*Ital.*)

LVI.

ANTON. JULIUS BRIGNOLE SALE,

Marchio Groppolitanus. De eo *Balthaſ. Bonifacius* in *Nomenclatore Academico*, qui eſt liber VII. Partis I. Muſarum p. 274. 27. ita:

> SAL *erit inſulſum ſalibus niſi condiat illud*
> *Hic Ligur, ex ipſo qui* SALE *nomen habet.*

Cum inter ipſum & Fr. *Angelicum* arctiſſima amicitia intercederet, quod ex literis, in Aproſiana obviis, patet, multa is ipſi tum ſua, tum aliorum ſcripta donavit. Illa ſunt:

(1) *Lacrymae in obitum Dn. Æmiliæ Adorni Ruggi*, Placentiæ per Hieron. Bazzacchi, typographum Cameralem 1634. 4. (*Ital.*)

(2) *Inſtabilitates ingenii* in octo dies diviſæ, per Illuſtriſſ. Marchionem *Anton. Jul. Brignolium Sale.* Bononiæ per Jac. Montium & Carol. Zenerum 1635. in 4. Recuſæ hæ ſunt *Venet.* incipiente Jac. Sarzina, perficiente autem Thaddæo Pavono, cognato & defuncti herede 1641. 12. maximam partem mutata, ablato ſcilicet pœmate de *Cimone*, quod in principio diei VII. exſtabat, & aliis quibusdam pœmatibus hinc inde mutatis. Ad hanc editionem vero facta eſt illa Juntarum 1652. in 12. quam tamen non vidi ipſe, ſed à *Michaele Juſtiniano* p. 45. Scriptorum Ligurum annotatam inveni. (*Ital.*)

(3) *Maria Magdalena peccatrix & converſa*, ejusdem. Genuæ per Pet. Joan. Calenzanum & G. Mariam Farronum, ſocios, 1636. in 8. *(Ital.)*

(4) *Satyricus innocens*, epigrammata ex Græco Italice facta, & illuſtrata a Marchione A.G.B.S. Ibid. per Calenzanum 1648. in 12.

Hic libellus jam ante in forma octavi ordinis, ſub nomine *Jo. Gabrielis Antonii Luſini* foliis circiter 36. erat impreſſus, ubi in titulo *Innocentis* nomen erat omiſſum. Pauca vero illius editionis exempla exſtant, quamvis ſat multa eſſent formis exſcripta, quæ vero exſtant, hinc inde ſunt mutilata. *(Ital.)*

(5) *De Arte Hiſtorica* Auguſtini Maſcardi tractatus V. cum Summariis totius operis per Hieron. Marcuccium. Romæ apud Jac. Facciotum. 1636. in 4. *(Ital.)*

(6) *Lydius lapis ingenii, ſpiritus ac morum Caſp. Scioppii* ab Alb. de Albertis è S. J. Tridentino, & in Mediolanenſi Collegio SS. literarum Prof. conformatus. Monachii, formis Lucæ Straubii 1649. 12. *(Lat.)*

(7) *Generales vindiciæ adverſus famoſos Caſp. Scioppii libellos Societati Jeſu ab eodem datæ.* Ad eundem Monachii, ut ſupra. *(Lat.)*

Pater hic doctiſſimus eodem inſtituto tres alios libros ſcripſit, quos *Dentiſcalpium*, *Strigilem*, & *Novaculam* appellavit. Sed in lucem non edidit, ſive, quod audire voluerit præceptum *Chilonis Lacedæmonii*, a *Laërtio* in Vita ejus p. 47. ex editione Poneropolitana cum Oliva Pauli Stephani 1616. 8. curata: τὸν τεθνηκότα μὴ κακολόγει, *mortuo ne maledicas*; ſive quod eos non adeo acceptos fore credere videretur. Experientia enim conſtat, gratiores fuiſſe futuros, ſi contra Jeſuitas ſcripti fuiſſent. Memini ejus, quod mihi in itinere verſanti amicus aliquis Senis dicebat. Habuerat ibi concionem diſertiſſimus P. *Jugularis*, in qua Societatem illam lau-

laudare inſtituebat, commemoratis & reprehenſis illis, qui ſiniſtre de ea judicaſſent. Inter ceteros libros appellabat librum inſcriptum: *Jeſuita exenteratus.* Hujus deſiderio adeo ſe ductum ille ajebat, ut eum, ſi fieri potuiſſet, quovis pretio comparandum ſibi cenſuiſſet. Hunc vero ego monebam, eum, etiamſi inveniſſet, non tamen fuiſſe lecturum, qui lingua vernacula, cujus gnarus non erat, ſcriptus eſſet.

(8) *Vita S. Alexii deſcripta, & variis epiſodiis aucta per Marchionem Anton. Julium* &c. Genuæ cura Jo. Dominici Petri, 1648. 16. *(Ital.)*

Michael Juſtinianus, Abbas, ſcriptor alioquin diligentiſſimus, editionem affert in forma octavi ordinis. Proſtat quidem edita *Mediolani* in 12. at *Genuae* nunquam lucem conſpexit in 8. *(i)* Inter ſcripta hujus numerat etiam *Raptum Helenae*, qui tamen eſt *Bernardi Morandi* *(k)* Comitis, ſub cujus etiam nomine legitur, p. 149. Natus is eſt an. 1605. 23. Jun. & obiit an. 1665. 24. *Martii.* Errat itaque *Juſtinianus*, quando eum an. 1607. 24. Junii lucem ait vidiſſe. Tradit præterea, in Societatem Jeſu cooptatum eſſe an. 1651. 16. Februar. quod ut credam, adduci nullo modo poſſum. Quam recte ita ſentiam, ex ſequentibus velim judicari. Vidi in *Aproſiana* literas P. *Alberti Alberti*, Tridenti 1651. 5. Jul. ſcriptas, ubi *Actionem* ſuam *in Eloquentiae cum profanae tum ſacrae corruptores commemorans*, ait: *Non diſplicebit, credo, Marchioni* Brignole, *de cujus concionibus utiliſſimis mira cum ſtu-*

(i) Eandem tamen editionem Genuenſem affert *Alegambe* in Bibliotheca ſcriptorum Soc. Jeſu p. 76. ubi & plura de illo *Antonio Julio Brignole* leges.

(k) De *Bernardo Morando* hoc vide noſtrum infra ſuo loco.

ſtupore meo & pari voluptate audivi, miratus in eodem hinc ſublime & vaſtiſſimum ingenium, domitum & ſubactum; hinc idem ingenium à Spiritu Dei invadente ſibi vindicatum. Rem omnino miram & ſingularem! Idem *Nerviæ* commoratus epiſtolam ad P. *Jo. Stephanum de Ferrariis*, S. I. Confeſſionarium ſuum an. 1652. 8. Januar. ſcripſit. Ingreſſus eſt illam Societatem an 1652. 11. Mart. qui erat dies Veneris, anno ætatis 47. Optimus vero vir deceptus eſt ab illis, qui hanc ipſi notitiam ſuppeditarunt, cum non omnes F. *Angelico* ſint ſimiles. P. *Franc. Maria Viſconti* Mediolanenſis, Jeſuita, edidit *commentationem* (Italicam) *de virtutibus ejus in ſolatium & exemplum Patrum & Fratrum Provinciae ſuae Mediolanenſis.* Ibid. per Monzam, 1666. in 12.

LVII.

F. ANTONIUS MARIA APROSIUS,

Auguſtinianus. Poſtquam ille religioni provehendæ incubuiſſet, Ravennæ Lectorem Philoſophiæ agens, deinde vero etiam in Conventibus Calaritano & Meſſanenſi per ſex ſeptemve annos Theologiam, laurea Magiſteriali obtenta, docens, domum ſe per infirmiorem valetudinem, recepit, libris illos impalleſcere ſinens, qui, quam pretioſa res ſit vivere, ignorant. Inde à juventute comparabat libros aliquot in *Aproſianæ* incrementum, qui adhuc in ea exſtant.

[1] *Diſputationum à Summulis ad Metaphyſicam*, à Pet. Hurtado de Mendoza, Valmeſedano, Voll. IV. Toloſæ apud Dominicum Boſc. 1617. 8.

[2] *Divini Platonis Opera omnia*, Marſilio Ficino interprete. Lugdun. apud Anton. Vincentium, 1567. fol.

3] *Joan.*

[3] *Joan. de Lugo*, Hiſpalenſis, è S. J. in Colleg. Rom. ejuſdem Societatis olim Theol. Prof. nunc S. R. E. Cardinalis Diſput. Scholaſt. & Morales de Sacramentis in genere, de Vener. Euchariſtiæ Sacram. de SS. Miſſæ Sacrificio. Lugduni 1644. fol.

[4] *Ejuſdem Diſputationes de virtute fidei divinae*, ut ſupra, 1646. fol.

[5] *Joan. Morandi*, Veronenſis, Clerici Reg. S. T. P. Curſus Theolog. Tom. I. h. e. Tractatus & Qvv. in Part. I. D. Thomæ de Deo uno & Trino, & de Angelis. Venet. typis Omniboni Ferretti, 1650. fol.

[6] Noviſſima Philoſophia Summulas Logicam & libros Phyſicorum de Cœlo, de Generatione, &c. de Meteoris, de Anima & Metaphyſicorum complectens. Auctore D. Stephano Spinula Congregationis Somaſchæ. Genuæ apud Pet. Joannem Calenzanum, 1651. fol.

(7) Lectiones Meteorologicæ, auctore R. P. Auguſtino de Angelis, Congregatione Somaſch. in Collegio Clementino de Urbe Rectore, cum appendice ad Cometam viſum menſe Decembri, die 21. anno 1652. Romæ ſumtibus Joſ. Corbi, 1664. 8.

(8) *Terminenſis urbs integritati ſuae vindicata*, i. e. Reſponſio ad ſcriptum D. Vincentii Auriæ Ceſalutani, in quo is urbi iſti *Auguſtinum Novellum*, Ord. Eremitarum S. Auguſtini auferre, & Panormo vindicare conatus eſt. Itaque oſtendit primo, Novellum fuiſſe Terminenſem; deinde vero, rectius & honorificentius Panormo fuiſſe facturum Auctorem, ſi Sanctos, quos adhuc ſibi vindicarunt Panormitani, adſtruxiſſet, quam quod de novis fuerit ſolicitus. Per Bernardin. Aſſcalcum, Meſſanenſem, in Academia *Fucina* dictum *Impatientem*. Venetiis per Bertunos, 1664. in 4. (*Ital.*)

(9) *Brevis ampla methodus pro morbis humani cor-*

poris, in particulari curandis ſecundum recentiorum uſum. Ad Medicorum majus commodum diſpoſita ſtudio Fr. Franc. Gangerorii de Terra nova ult. Calabr. Eremitæ Auguſtin. Romæ, typis Angeli Bernabo a Verme, 1658. 8.

(10) *Compendioſæ totius Philoſophiae diſputationes, in quibus dilucide ac ſuccinƈte rationes magni ponderis juxta Angelicam D. Thomae doƈtrinam, objeƈtioneſque uniuſcujuſque materiae funditus diſpunguntur.* R. Andrea Carmelita Catanen. olim in Regno Siciliæ Provinciali Reformatore &c. Neapoli ex Regia Typogr. Aegid. Longhi, 1643. in 12.

(11) *Idea Philoſophiæ Rationalis, ſeu Logica, paucis multa compleƈtens, de iis, quae ſpeƈtant ad mentis direƈtionem.* Pars I. totius philoſophiæ auƈtore Petro à S. Joſeph Fulienſi. Pariſiis apud Georg. Joſſ. 1654. 12.

(12) *Idea Philoſophiæ Univerſalis, ſeu Metaphyſica paucis multa compleƈtens de rationibus univerſalibus.* Pars II. univerſae philoſophiae. Ut ſupra.

(13) *Idea Philoſophiæ Naturalis, ſeu Phyſica,* paucis &c. Pars totius Philoſophiæ. Ut ſupra.

(14) *Idea Philoſophiæ Moralis, ſeu Ethica,* paucis &c. de beatitudine, de aƈtibus humanis,& de virtutibus moralibus. Pars IV. Ut ſupra.

(15) *Idea Theologiae Speculativae,* paucis multa compleƈtens de Deo, de Chriſto, de Angelis & de Gratia. Edit. VII. ibid. 1653. in 12.

(16) *Idea Theologiae Sacramentalis,* paucis, &c. de Sacramentis in genere & in ſpecie. Edit. V. 1649. in 12.

(17) *Idea Theologiae Moralis, &c.* de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus Theologicis, ac de Juſtitia erga Deum & homines. Edit. VI. 1651.

(18) Ejuſdem *Summula Caſuum Conſcientiae,* continens brevem & accuratam explicationem Præceptorum Decalogi. Edit. III. 1652. in 12.

(19) *Sum-*

(19) *Summa Caſuum, &c.* Pars II. in qua agitur de præceptis Eccleſiæ, de Officio Confeſſarii, & de Cenſuris. 1647. 12.

[20] *Theſes Univerſae Theologiae Speculativae*, Sacramentalis & Moralis. Ed. 1648. in 12.

[21] *Quadrageſimalium concionum liber* (qui Gentilis inſcribitur) ſub incude Rev. Patris ac D. Ambroſii, Eremitæ, S. Theol. Doctoris eximii, Epiſcopique Lamocencis & Suffraganei Mantuani editus, ex Ethnicorum & Chriſtianorum rudimentis collectus. Impr. Venet. anno 1523. die 2. Martii. 8.

(22) *Jo. Baptiſt. Uweni*, Antwerp. è S. I. commentar. literalis & moralis in Jonam Prophetam, per Lectiones ſive Sermones Exegeticos LX. diſtributum. Antwerp. apud Jo. Meurſium 1640. fol. (ſuperiora omnia *Lat.*)

(23) *Diſcurſus morales ſuper omnes dies Quadrageſimales*, P. Emanuelis de Naxera, Lectoris primo S. Scripturæ in proprio Collegio S. S. in Univerſit. Complutenſi, deinde vero Politicæ in Gymnaſio Regio Madriti, ex L. Hiſp. Ital. converſi. Venet. per Babam, 1655. in 4.

(24) *Quadrageſimale* P. Auguſtini Paoletti Montalcinenſis, Ord. Eremitar. Auguſtin. Mediolani, 1651. 4. (*Ital.*)

(25) *Silva conceptuum noviſſima* Alexandri Calamati, Meſſanenſis. Venet. apud Combum, 1648. in 4. (*Ital.*)

(26) *Baptiſtæ Platinæ*, Cremonenſis, de Principe libb. III. recens ex MS. editi Alex. Sanlii Patricii Genuenſis. Genuæ excudebant Calenzanus & Ferronus 1637. in 12. (*Lat.*)

(27) *Chronica Calabriæ* ſecundum textus Græcum & Latinum collecta ex ſcriptoribus antiquis & novis, ubi commemoratæ ſunt urbes, arces, villæ, montes, flumina, fontes & alii loci hujus

Provinciæ, quos noſſe fas ſit. P. Hieron. Maraſioti Poliſtinenſis, Theologi ex Ordine Minorum Obſervantium. Patavii 1601 in 4. (*Ital.*)

(29) *Meditationes ſpirituales* & Conſiderationes Morales in Evangelia Dominicalia P. Bernardi Fineti, Clerici Regularis Veneti. Pars I. inde a Domin. I. Adventus ad Domin. Quinquageſ. ut & ſuper Feſta Natalit. Circumciſ. & Epiphan. Venet. per Franc. Storri, 1660, 12. (*Ital.*)

(30) *Earund.* Pars II. inde à Domini Quadrageſ. uſque ad Domin. VI. poſt Paſcha, item ſuper Feſtum Aſcenſionis. Ibid. per Fanc. Valvaſenſem, 1661. in 12.

(31) *Earund.* Pars III. ſuper Evangelia Dominicæ & Pentecoſtes. Item ſupra Dominicas XXIV. ſequentes. Ut ſupra, 1660, (*Ital.*)

(32) *Compendium Virginei honoris, ſive Tractatus Immaculatæ Conceptionis.* Fr. Ludov. à Turre de Verona, Ord. Minorum Obſervantiæ. In calce hæc leguntur; *Opus benedictiſſ. Conceptionis V. M. per Vener. & ſacrar. literarum doctiſſimum Interpretem* Fr. Ludovic. à Turre de Verona, *Ord. Min. Obſerv. devotiſſime editum contra libellum Invectivorum Religioſi innominati turpiter de Apoſtolico Ordine, imo de Virginea Innocentia obloquentis.* Impreſſum Brixiæ per Boninum de Boninis de Raguſia, & completum XIX. Auguſti intra octavam ejus dem Immaculatæ Virginis Anno Dom. M. ID. XXCVI. in 4. (*Lat.*)

(33) *Pomponii Gaurici, Neapolitani, de Sculptura, ubi agitur de ſymmetriis, de lineamentis, de Phyſiognomia, &c.* Norimbergæ apud Jo. Petrejum, 1542. 4.

(34) *Sphæra Jo. Sacroboſci*, tranſlata (*Ital.*) & expoſita à D. *Franciſco Piſſerio*, Monacho Camaldulenſe, & Mathematico in Gymnaſio Senenſis, 1604. 4.

35 *Pae-*

(35) *Pætus parvus*, ſive præſtantia & virtutes tabaci, per *Joan. Piccinum*, Medicum & Phyſicum civitatis Hortenſis. Viterbii per Diotallenum in 12.

(36) *Abuſus tabaci noſtra ætate*, per Maximian. Zavonam, Medicum Ravennatem. Bononiæ per Jo. Bapt. Ferronum, 1650. 4.

Fieri poteſt, ut plures adſint: ſed nunc quidem omnes & ſingulos recognoſcere non vacat. Quod ſi hic non fuerint adnotati; in ipſis tamen voluminibus nomen donatorum deſcriptum invenietur. Qui *F. Angelico* non familiariter utitur, ingenium ejus perſpectum habere non poteſt. Ego vero, qui cum eo edo, bibo & dormio, atque adeo cum *Perſio* dicere poſſum, me eum cognoſcere *intus & in cute*, novi, eum nunquam lucrum ex aliorum damno quærere, aut alienis ſpoliis veſtire ſe poſſe.

Ejuſdem effigies, à *Jo. Paulo Oderico*, *Thomæ* filio, de quo ſuo loco dicemus, delineata conſpicitur. Alumnus is erat *Dominici Fiaſellæ*, cui *Sarzunæ* cognomen eſt, uſque ad an. 1656. in quem horrenda peſtilentia incidebat, ex qua Genuæ extrema imminebat pernicies, Patre & filio cum pluribus aliis abreptis.

LVIII.

ANTON. MARIA LAMBERTI

de *Vallecroſa*, Sacerdos. Ab eo donatæ ſunt:

[1] Orationes Academicæ Miſcellaneæ 34, auctore *Thoma Stapletonio*, Anglo, S. T. D. & in Acad. Lovan. P. R. Antwerp. apud Jo. Keerbergium, anno 1608. in 8. (*Lat.*)

[2] *Venerab. Laurent. Strozzæ*, *Monialis S. Dominici in Monaſterio D. Nicolai de Prato in ſingula totius anni ſolemnia Hymni*. Florentiæ apud Philip. Junctam, 1588. 8. In eam extat *Laurent. Legati*

Legati Tetraſtichon, quod ex ejus *Muſeo Poëtriarum* MS. adponam:

Hymnica plectra movens Virgo Laurentia, quid ni,
Caſtior ut Sappho eſt, ſit mage culta metris?
Quin vos cum Sappho terrenæ abſcedite Muſæ
Cœlicolas pangens Strozia Muſa Poli eſt.

LIX.

F. ANTON. MARIA REVELLI,

Saorgienſis, Converſus Auguſtinianus in Conventu S. Dalmatii Tendenſis, in Comitatu Nizzenſi, & Diœceſi Intemelienſi, qui luſtrà XIX. vivendo ſuperavit, & in tanta quoque ſenectute jejunium Quadrageſimale cum pane & vino celebrabat; in pudorem eorum, qui ætate multo florentiores, cum jejunium audiunt, *abdomini nati* (quaſi Moſes, Elias & Joannes Baptiſta aliique, qui jejunabant, non fuerint homines nobis ſimiles) de vita ſibi metuunt. Donavit ille

Vitam B. Thomæ de Villanova, Archiepiſcopi Valencienſis, Ord. S. Auguſtini Monachi, dicti *Eleemoſynarii*, quam P. *Michael Salon*, Cathedraticus Uuiverſitatis Valencienſis, Hiſpanice ſcripſit, & *Franciſcus Soto*, Italice convertit. Accedunt miracula quædam ex Actis Canoniſationis ejus depromta. Romæ 1619. 4. (*Ital.*)

LX.

F. AURELIUS CANESSA,

Rapellenſis, Auguſtinianus, S. Theol. Baccalaureus.

Paridis Craſſi Bononienſis, olim Apoſtolicarum cere-

cerimoniarum Mag. ac Epiſcopi Piſaurenſis de cerimoniis Cardinalium & Epiſcoporum in eorum Diœceſibus, libb. II. Romæ apud Anton. Bladum, Imper. Cameralem, 1564. in 4. (*Lat.*)

B.

I.

BALTHASAR BONIFACIUS, (*l*)

Rhodiginus, Epiſcopus Juſtinopolitanus. Quam arcta inter ipſum & Fr. *Angelicum* amicitia interceſſerit, exiſtimare ex illis licebit, quæ Parte I. *Muſarum* leguntur. Vide in *Propylo*, i. e. lib. I. Ep. 41. p. 15. in *Peplo*, ſeu lib. II, p. 72. n. 142. in *Nomenclatore Academico*, qui eſt liber *VII*, p. 276. n. 49 & 50. & in lib. X. qui eſt Pars tertia, *Philareti*, p. 464. n. 117. p. 469. n. 132. & p. 476. n. 100, 150, & 151. Omnia ſingulari ejus humanitati, nihil autem quicquam meritis ſuis tribuebat. Enumeremus libros ab eo donatos. Horum eſt,

1. *Balthaſ. Bonifacii Muſarum, Pars I.* Venetiis apud Jo. Jac. Hertzium, 1647. 8. (*Lat.*)

2. *Ejuſdem conjecturae in Martialem & Polyneſi origines.* Ibidem ex typographia Ducali Pinelliana, 1635. 4. Liber hic eſt rariſſimus & exemplar, quod auctor Muſeo ſuo ſervaverat. *Lat.*

3. *Caroli Sigonii judicium de Hiſtoricis, qui res Romanas ſcripſerunt, ab Urbe condita ad Caroli Magni Imperatoris tempora,* &c. Ibid. apud Antonium Pinellum, 1627. 4. *Lat.*

4. *De Ariſtocratia*, Diſſertatio Balthaſ. Bonifacii,

(*l*) De *Bonifacio* inſpicere licuerit *Niceronis* Memorias ad hiſtoriam Virorum Illuſtrium Tom. XVI. p. 366. & Bibliothecam Fabricianam Parte V. p. 496, & 498.

cii, Humaniſtæ in Academia Patavina. Venet. ut ſupra, 1620. in 4. *Ital.*

5. *Oratio* ejuſdem, Archidiaconi Tarviſini, in Exſequias Pontificis Silveſtri Moreſini, Abbatis Sixti, & Epiſcopi Tarviſini. Ibid. per Sarzium, 1636. in 4. *Ital.*

6. *Lupus coronatus*, ejuſdem Panegyricus, cum *Jo. Anton. Lupus* Epiſcopatum Tarviſinum ſuſciperet. Ibidem per Anton. Bernardellum, 1646. 4. *Ital.*

Viro huic eruditiſſimo & Præſuli doctiſſimo adhuc juveni lites erant, neſcio quæ, cum *Baptiſta Guarino*, Nobili Ferrarienſe, & Equite Ordinis S. Stephani, auctore *Paſtoris Fidi*, & quidem ex occaſione orationis, quam D. *Jo Bonifacius*, patruus ejus, habuerat. In ea probare inſtituerat, reliquias *S. Bellini*, ex terris S. Bellini in Cathedralem *Rhodiginam* transferri debere. *Guarinus* illi publico ſcripto ſe oppoſuerat. Nepos autem patrui ſui vindicias ſuſcipiebat in *Apologia*, quæ quintum locum occupat in Indice operum, quem ipſe lib. XX. cap. XV. *Hiſtoriae* ſuae *Ludicrae* exhibet. Prodiit *Venetiis*, 1652. 4. apud Paulum Baleonium. Titulus libelli hujus p. 801. ita habet: *Apologia pro Oratione Jo. Bonifacii de Divi Bellini lipſanis transferendis*, Lutetiæ 1609. *Guarinus*, vel alii, ejus loco, reponebant: *Il Barbiere, Riſpoſta di Serafin Colato, da S. Bellino Barbiere*, ad Invectivam, quæ contra Guarinum Equitem prodiit, ſub nomine *Pet. Antonii Salmone*, in qua reſponſione mendacia & falſa veri illius Invectivæ autoris deteguntur, ad Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Comitem Hieronymum Porziam, Adrienſem Epiſcopum. Reſponſio hæc ſcripta dicitur *Luccae*, quod equidem non crediderim. Hoc autem pro certo affirmare poſſum, illum controverſiæ hujus agitatæ pœnituiſſe.

Altera

Altera controverſia ipſi interceſſit cum *Sara Copia*, (*m*) Hebræa, de ſcripto quodam (*Italico*) ad *Immortalitatem animae* ſpectante. Sed eam quidem, alio loco rectius enarrandam, nunc mittimus.

Ceterum prodigum potius, quam liberalem, ſe in aliorum laudibus prædicandis præſtabat. Neſcio autem, an alii ipſi idem exhibuerint beneficium, cum paucos videam, qui illius in ſcriptis ſuis fecerint mentionem. Eam enim in ſequentibus tantum deprehendi, quos eo, quo ſe mihi offerent, ordine appellabo. *Joſephus Laurentius*, Lucenſis, vir maximæ celebritatis, illi diſſertationem XV. libri II. *Polymathiae* ſuae, quæ p. 295. editionis I. *Vicentinae* 1631. & p. 118. *Lugdunenſis* anno 1666. in folio legitur, inſcripſit. Neſcio, cur in hac editione principia Diſſertationum, quæ dedicationis loco eſſe debebant, omiſſa ſint: unde, qui priorem habet editionem, eam ſibi ſervandam eſſe recte exiſtimabit. Ejuſdem elegantiſſima exſtat epiſtola, in laudem ejus comparata, quæ eſt XLIV. Centuriæ II. p. 73. *Jac. Philip. Tomaſinus* in Gymnaſio Patavino libro *III.* c. 41. ad an. 1619. p. 544. & in Vitis *Ludovici Cœlii*, Rhodigini, *Jo. Bonifacii*, & *Hypſicrateæ* p. 62, 323, & 366, 367. *Laurentius Pignorius* in Symbolis epiſtolicis, ep. XLIV. p. 180. ed. Patav. per Donatum Paſquardi an. 1629. 8. Et ut paucos alios, minorum gentium, omittam, *Nicolai Villani* initio Notarum ſuarum in Satyram famoſiſſimam: *Dii veſtram fidem*, p. 21, ad p. 25. ſuper verſum 4. & aliis in locis, quos omnes ſi perſequerer, rationis vix compos merito haberer. *Laurentius Legatus* in *Chryſomeleide* ſua v. 141. verſum *Bonifacii* dimidium diſticho cuidam ſuo inſerens eum *Ovidium Rhodiginum* appellat:

Mala

(*m*) Vide Bibliothecam meam Hebraicam. Vol. III. p. 1152.

Mala Inſana vocant Itali; *quod & ille canebat,*
Qui novus eſt Naſo, Gens Rhodigina, tuus.

Tres hi ultimi centum aliis præſtant: ſequenti tamen prærogativa debetur, qualis à fœminis Hebræis Davidi concedebatur, inſtituta inter ipſum & Saulem comparatione: *Percuſſit Saul mille & David,* &c. 1 *Sam.* XVII. 7. Legantur, quæ is de noſtro dicit in *Dendrologiæ* lib. II. Tract. II. c. 5. p. 573. Et c. 6. p. 633. itemque paſſim alibi. Ut vero ſcias, de quo loquar, eſt ille doctiſſimus *Ovidius Montalbanus*, in quem, (ſi cum Pythagoreis delirarem vel ex Indis natus eſſem) *Aldrovandi* animam crederem tranſiiſſe. Eum cum amiſerimus, Deus novit, quid producturi ſint homines etiam ſtudioſiſſimi.

Jo. Mariam Vantum amiciſſimum ſibi habebat, hominem maximæ celebritatis, de quo ſuo loco dicemus. Cum enim juncta opera volumen carminum Italicorum in lucem dare conſtituiſſent, in mutui amoris ſignum hunc eſſe libri titulum volebant: *Caſtore e Polluce, Rime di Baldaſſare Bonifaccio, e di Gio. Maria Vanti.* Cum declarationibus *Caſparis Bonifacii.* Venet. apud Franciſc. Pratum 1618. in 12. Cum poſtea anno ſequente excudi deberent *Balthaſaris Bonifacii* J. C. Stichidion libb. XVIII. 1. *Propylon.* 2. *Erotarion.* 3. *Dulariomanes.* 4. *Callicacon.* 5. *Hybrida,* 6. *Hermathena.* 7. *Rhina.* 8. *Ptocos.* 9. *Leſſus.* 10. *Encomiaſtes.* 11. *Sillographus.* 12. *Miſoponerus.* 13. *Vertumnus.* 14. *Periautologos.* 15. *Chariſtia.* 16. *Idyllia.* 17. *Cyclaminus.* 18. *Pſyllanthropomachia.* Venet. apud Pratum 1619. in 16. *Vantus* dedicationem præmittendam ducebat cum epiſtola ad Lectorem, hoc ſubjecto epigrammate:

Ad

Ad Zoilum :

Zoile, quid noſtras comples latratibus aures ?
EST ENSIS *nobis, quo jugulere : tace.*

Sed hic liber non omne tulit punctum. Id quod ex Parte prima Muſarum intelligi poteſt, quemadmodum nec (*Bonifacius*) illius in Indice ſcriptorum ſuorum meminit. *Stichidia* exiguum volumen, *Muſæ* autem quatuor in forma octavi ordinis, juſtaeque magnitudinis volumina conficiunt, quod ex primo colligi poteſt. Non credo titulos illorum diſpliciturost eſſe lectori, quos propterea hic deſcribam.

Muſarum ſeu Latinorum poëmatum pars I. decem libros complectens, quorum tituli : 1. Propylon. 2. Peplus. 3. Selemnus. 4. Adonidis horti. 5. Hortorum Adonidis Pars II. 6. Hortorum Adonidis Pars III. 7. Nomenclator Academicus. 8. Philaretus. 9. Philareti Pars II. 18. Philareti Pars III.

Muſarum Pars II. decem libros complexa, quorum inſcriptiones : 1. Pepli pars altera. 2. Hortorum Adonidis pars IV. V. VI. 5. Pepli pars VI. 6. Leſſus. 7. Encomiaſtes. 8. Nomenclatoris Academici pars altera. 9. Erotarion. 10. Eroneos.

Muſarum Pars III. decem libros continens, quorum nomina : 1. Encomiaſtæ pars altera. 2. Leſſus pars altera. 3. Dulariomanes. 4. Polygnotus. 5. Hybrida. 6. Hermathena. 7. Rhina. 8. Ptocos. 9. Vertumnus. 10. Proteus.

Muſarum Pars IV. Nomina librorum. 1. Ethicus. 2. Salpinx. 3. Pægnion. 4. Sillographus. 5. Miſoponerus. 6. Periautologus. 7. Chariſtia. 8. Idyllia. 8. Mors. 10. Pſyllanthropomachia. His jungi adhuc poſſet

Muſarum Pars V. in qua Metricarum Epiſtolarum libri VII. Lararii libb. III.

Cum ceteris ejus carminibus Italicis alia quoque Scriptoris hujus πολυγραφωτάτε in ſcriniis *Vincentii Bonifacii*, Archidiaconi Tarviſini, digniſſimi ejus Nepotis & heredis ſervantur, a quo, (ſi quidem adhuc ſit ſuperſtes, quod mihi non conſtat) exſpectari poſſunt *Variæ Lectionis epiſtolarum libri XX.* non minus quidem eruditi, atque illi, quos *Hiſtoriæ Ludicræ* nomine inſcripſit. Poterat ille quidem, cum facultates ad manus eſſent, ſi voluiſſet, ſcripta ſua omnia in lucem proferre. Sed deſiderium Epiſcopatus illum avocabat. Hic enim ſtatu & conditione Clericorum ſuperior habetur, quod erudite oſtenditur epiſtola quinta *Epiſtolarum Memorabilium*, Abbatis *Michaëlis Juſtiniani*, hominis & natalibus & literis illuſtris, à *Joſepho Ciantes*, Epiſcopo Marſicenſi ad *Piromallum*, Biſignanenſem Epiſcopum, ſcripta. Vide ibi Part. I. p. 31. Capiat vero ſibi quiſque titulum hunc pro lubitu: meam equidem conditionem nunquam cum altera illa permutavero. Num enim ratio, quam de animabus, quarum cura illis commiſſa eſt, Deo aliquando graviter reddere debent, pro joco habenda eſt? Non magis ſapere illi mihi videntur, quam piſces incauti, eſcæ objectæ nimium cupidi. *Philippus Elſſius* (qui tamen non ſolus ita ſentit) in *Encomiaſtico Auguſtiniano* p. 312. de *Jacobo Magni*, Fratre Auguſtiniano, ita ſcribit: *Jacobus Magni (non* Magnus) *ex cognomine cujusdam Gallicæ familiæ, Toloſanus, in Palæſtra Scholaſticæ diſciplinæ vehementer exercitatus, Philoſophiæ naturalis ſcientia illuſtris, & ſacrarum literarum Interpres, egregius. Hic cum eſſet* Carolo VII. *Francorum Regi, à ſecretis Confeſſionibus, electus Archiepiſcopus Burdigalenſis, dignitatem recuſavit, maluitque inter libros ſuos & Scholaſti-*

cos

cos pulveres Pariſiis mori, ibique apud ſuos ſepeliri, quam alibi in ſpecula periclitari.

Interim nanciſcebatur (*Bonifacius*) inſulam Juſtinopolitanam in Iſtria, quam tamen brevi tempore geſſit, & ſecundum illud *Terentii: e medio abiit.* Nuper *Vantii* Adverſaria Poëtica per otium relegens lib. III. epigr. 37. inveni

Bonifacium Stemma

Ad Excellentiſſ. Balthaſ. Bonifacium I. C.

Qui LEO magnanimus claro ſtat ſtemmate fulgens,
Pectore & in medio lilia trina gerit:
Hic fuit ille Parens, qui vos eduxit ad auras,
O juvenes, veſtri gloria ſola ſoli!
Tergemini fratres, GASPAR, BALTHASSAR & alter
QUI BONI nunc FACIUS MELCHIOR ante fuit.
Lilia cana prius, ſed nunc aurata, refulgent
BALTHASSAR radiis condecorata tuis.
Quis neget hoc? omnes clari virtute, ſed illos
Inter tu præſtas ceu LEO Magnanimus.

Anagramma ad Eundem.

Balthaſar Bonifacius & Jo. Maria Vantus.

Nos amor virtutibus annis.

Nos *conjunxit* Amor *genio,* virtutibus, annis,
Moribus, ingenio, relligione pares.
Alea nos eadem fortunæ junget, & ambos
Fors dabit haud viles inhabitare caſas.

Quid dubitas? hæc forte times non omnia fiant?
VANTO *habe, quæſo, fidem: Nomina numen habent.*

Et vere ille vatem agebat. *Bonifacius* enim palatium Epiſcopale habitabat, *Vantus* autem non moriebatur in villa ruſtica. Hic varia beneficia (Eccleſiaſtica) cum aliis permutabat. Primum enim fruebatur S. *Helenae* ſub Sile; deinde illo *Arcadis*, cui in gratiam *Pauli Piazzae*, alumni ſui, renunciabat; denique Priorem *Doſſonenſem* usque ad obitum agebat. In omnibus his muneribus generoſiſſimum ſe præſtabat, & talem, qui in villa non eſſet natus. Cum vero de eo ſuo loco ſit dicendum, nihil amplius addam. Subiungam tamen epigramma unum, quod eſt XXXVIII. *Hermathenæ* lib. VI. Stichidiorum, quod in convenientiam amoris utriusque factum eſt.

Ad Vantum.

Cum, Genio coëunte, φίλον ſit ὅμοιον ὁμοίῳ,
Te mihi perpetuus conſociabit amor.
Non lac eſt lacti, non ovo æqualius ovum,
Quam ſum, VANTE, tibi par ego, tuque mihi.
Affines ſtudiis, doctrinis, moribus, annis,
Ingeniis, animis, corporibusque ſumus.
Archetypo natura duos deſumſit ab uno,
Inſtruxitque uno pectora corde duo.
Nos ut Adelphos Terenti, Plautique Menæchmos,
Vox hominum tota jam vocat urbe frequens.
Haud his abſimiles puncto quos temporis uno
Edidit ex ovo Læda gemellipara.

II. BAR-

II.

BARTOLUS BARTHOLINUS, (*n*)

Caſparis frater, & *Thomae* filius, Profeſſor Eloquentiæ Hafnienſis, & Antiquarius Regius.

1. *Bartoli Bartholini Oratio in exceſſum Ser. & Potent. Principis, Chriſtiani IV. Daniae, Norwegiae* &c. *Regis*, habita ex publico mandato in celeberrimo Hafnienſium Athenæo 11. Kal. Decemb. an. 1648. Hafniæ ex officina Melchioris Martzan, Acad. Typogr. fol.

2. Ejusdem *Commentarius de Paenula*. Acceſſit V. C. *Henr. Ernſtii ejusdem argumenti Epiſtola.* Ibid. typis viduæ Melch. Martzani ſumtibus Georg. Holſtii, 1655. 8.

III.

BARTHOLOMÆUS ALBERTI,

Prior eo tempore, quo F. Angelicus Ordinem S. Auguſtini ingrediebatur.

1. *Fabrica Mundi Franc. Alunni, Ferrarienſis, qua continentur voces à* Dante, Petrarcha, Boccacio *& aliis Auctoribus idoneis adhibitæ, quibus quisque poſſit cogitata ſua de re quacunqne exprimere.* Recuſa, correcta & aucta multis vocibus Latinis & vernaculis Bembi, aliorumque Scriptorum ſuis locis collocatis. Cum expoſitione multorum vocabulorum, quæ in aliis editionibus deſiderabantur, in gratiam ſtudioſorum linguæ vernaculæ addita &c. Edit.

(*n*) Lege *Alberti Bartholini* librum de Scriptis Danorum p. 14. ed. Jo. Moelleri, cum hujus Supplementis.

Edit. V. Venet. per Franciſc. Rampazettum 1562. fol. (*Ital.*)

2. *Iter Hieroſolymitanum*, ex deſcriptione Marci Luſardi Placentini, MS. in fol. cum figuris (*Ital.*)

IV.

F. BARTHOLOMÆUS ARCHI,

Genuenſis, quem novitium una ſecum habebat in Conventu S. Mariæ de Conſolatione, cujus deinde *Priorem* egit.

1. *Conſtitutiones FF. Eremitarum Diſcalceatorum S. Auguſtini Italiæ.* Romæ ex Typographia Cameræ Apoſtol. 1632. in 8. (*Lat.*)

2. *Specimina Academica, Romæ in Academia Sereniſſ. Principis, Cardinali Sabaudiæ a præſtantiſſimis ingeniis edita*, & collecta ab Auguſtino Maſcardo, Venet. per Bartholom. Fontanam, 1630. 4.

V.

F. BARTHOLOMÆUS DE GALLICANO,

Florentinus, S. Theol. Baccalaureus, qui cum F. Angelico in Gymnaſio S. Auguſtini Senenſi ſtudiis operam navavit. Amicitiæ ejus ſequentia debentur:

1. *Anti-Mornæus*, *i. e. Confutatio myſterii iniquitatis, ſive Hiſtoria Papatus Philippi Mornæi* &c. Auctore F. Leonardo Coquæo Ord. Eremitarum S. Auguſt. S. T. D. &c. Tomi II. Mediolani, ſumtibus hæredum Pacifici Pontii, & Jo. Bapt. Piccalci Impreſſ. Archi Epiſcopal. 1616. fol.

Frater hic doctiſſimus, de quo *Elſſius* in Encomiaſtico p. 429. ita: *Quo in officio licet gravi* (loquitur

tur de munere Confeſſionarii Magnæ Ducis) *omni modeſtia ac ſubmiſſione ſemper vixit inter ſuos Religioſos verus Religioſus, totus in ſtudiis ſepultus, ſine otio, ſine faſtu ullo*; ſcripſit præterea: *Examen præfationis monitoriæ Jacobi I. Magnæ Britanniæ & Hiberniæ Regis, præmiſſæ Apologiæ ſuæ pro Juramento fidelitatis. In quo Examine refellitur & Apologia ipſa Regis, & S. Pontificis Brevia ad Catholicos Anglos defenduntur.* Friburgi Brisgojæ apud Jo. Straſſerum 1611. fol. *Elſſius* poſt vocem *Examinis* omiſit verbum *refellitur*, ex quo colligere aliquis potuiſſet, *Apologiam Regis* à *Brevibus Pontificiis* vindicatam fuiſſe. Eidem debetur

Clavis, quæ ignorantiæ tumulum aperit.

Apologia pro Summis S. Eccleſiæ Romanae Pontificibus, in qua eorum auctoritas, & à B. Petro uſque ad Paulum V. ſine ulla interruptione continuata ſucceſſio demonſtratur, Colon. apud Gerh. Grevenb. 1620. in fol.

D. *Auguſtinus* de Civitate Dei cum commentariis. Pariſ. in fol. 1636. *Caſpar Barthius*, vir infinitæ lectionis, quod apparet ex libris ab illo editis, nominatim commentariis in *Claudianum, Statium, Guilielmum Britonem*, inprimis vero ex Adverſariis ejus *Francofurti* ex officina Wecheliana 1624. fol. editis, (qui mutato primo folio, quaſi denuo editi non ita pridem vendi cœperunt. *(o)* Poſſum tamen falli. Quod ſi vero ſumtus recte collocare voluiſſent, cur eos exſcribendis ceteris CXX. libris non impenderunt, quos ſperare jubet *Dau-*

(o) Annum 1648. vel nova vel incuſtata hæc editio præfert.

Daumius (p) in præfatione ad *Statium*, Cygneæ 1664. 4. editum) *Barthius*, inquam, in eoſdem *Auguſtini* libros commentaturus erat, quemadmodum etiam ſpecimen in librum I. affertur lib. LX. Adverſariorum col. 2816. Idem uero poſtea ipſe de *Coquaeo* ita : *Majoris operae quae erant, ideoque etiam à pluribus huc uſque expetita in Civitatem divinam* B. Auguſtini *commentarius, ab Auctore ſuperventu* Leonh. Coquæi *deſitus atque deſertus* &c. Cauſam conſilii facile conjectura adſequi licet. Procul dubio rem ſibi eſſe noluit cum homine parvæ quidem ſaturæ, quam ipſe auguſtam habebat, ſed qui doctrina longiſſime emineret.

VI.

(p) De ἀνεκδότοις illis Barthii Adverſariis legatur idem *Daumius* in epiſtolis ad Hekelium p. 61. & ad Reineſium ep. 89. I. *A. Boſius* in Introduct. ad Notitiam Scriptorum Eccleſiaſtic. p. 48. qui ſe illa apud *Barthium* nitide deſcripta & prelo prorſus parata vidiſſe ait; & *Thomas Crenius* de Furibus librariis in emendandis & addendis. Ex Tomo illorum ſecundo B. *Thomas Ittigius* animadverſiones in Scriptores XI. bellorum in Palæſtina geſtorum à Jac. Bongarſio olim editos, & ab Ittigio tunc recognoſcendos, deſcripſit. Vide *Kernii* diſſertat. de vita & ſcriptis Ittigii p. 59. Totum opus, duobus in maxima forma voluminibus conſtans, apud nobilem quandam in Saxonia familiam exſtare didici ex Relationibus de libris Theolog. novis & antiquis an. 1709. p. 383. ubi inde à p. 379. iterumque p. 645. ſeq. ſpecimina quædam ex eodem exhibentur. Hodie illud eſſe audio in manibus Profeſſoris cujusdam Wittebergenſis, doctrina & in literas meritis ſpectatiſſimi. *Boineburgius* olim auctor ſuaſorqve fuit, ut excerpta ex illis ederentur. Vide ejus epiſtolas, quæ exſtant in Actis Literariis a Struvio ex MSS. erutis, Faſcic. III. p. 52.

VI.

BARTHOLOMÆUS IMPERIALIS,

Comes Mallenſis Montis ferrati. *Minozzius* in dedicatione diſſertationis ſuæ de *vindicta ſpreta*, ſive de eo, *quod magnanimum deceat condonare injurias*, quæ in libro ejus: *Libidini dell' Ingegno*, p. 64. legitur, ad eum ita infit:

Imperium, *Vir magne*, *ſonas: majora quid optem?*
Ingenium Imperio grandius ipſe geris.

Aliud.

Imperio *nomen faciemque animumque figuras.*
Quid plura? Imperio *major es ipſe tuo.*

& *Jo. Gabriel Anton. Luſinus* in *Satyrico* in carmen aliquod ſuper *Doctam impudicam*, quod incipit:

MARTIO, *acciò che Amarillide tua figlia*
Sia la decima Muſa.
Fai, ch' ella non ricuſa &c.

p.466. multa in laudem ejus dicit. (*q*)

Dono ejus debentur libri ſequentes:

1. *Scrutinium animae*, opera B. Imperialis, Comitis delle Malle. Genuæ per P. G. Calenzanum & G. M. Farronum ſocios, 1636. in 12. (*Ital.*)

2. *S. Catharina Senenſis*, ejuſdem. Ibid. per Pavonum 1634. in 8. (*Ital.*)

VII.

(*q*) Sequuntur ipſa *Luſini* verba p. 517-521. quæ data opera omiſi, tanquam longiora, nec ad inſtitutum admodum facientia.

VII.

BARTHOLOMÆUS MONSELICE,

Nuncius civitatis Veronenſis ad Venetos.

Joannis Franc. Rambaldi, Patricii Veronenſis, Equit. & Philoſ. Phyſiologicorum libri II. ad Excellentiſſ. Senatum Venetum. Veronæ typis Franc. Rubei, 1645. 8. (*Lat.*)

VIII.

D. BASILIUS BERNARDUS,

C. R. Theatinus, Jo. Stephani Cardin. Donghi patruus.

1. *Soliloquia divini Amoris & Expoſitio in Pſalmum* XLV. *B. Andr. Avellini*, C. R. ex ejus operibus excerpta. Ex Ital. in Latinum translata à Jac. Dentice. C. R. Neapoli apud Honuphrium Savium, 1646. 12.

2. *P. Anton. Caraccioli, Ord. C. R. qui vulgo in Italia Theatini nuncupantur de ſcopo inſtitutae Pſalmodiae, apologiae duae.* Cum licentia, Madriti apud Pet. Madrigal an. 1604. in 4. (*Lat.*)

IX.

SEBASTIANUS BADUS, (r)

DoctorMedicus,Genuenſis, vir eruditiſſimus, cujus liberalitati ſequentes libri debentur:

1. *Cor-*

(r) Hic ab aliis *Padus* vocatur, v. c. à *Kœnigio* in Bibliotheca & ab *Aproſio* ipſo h. l. bis, qui tamen in Indice erratorum illam *Padi* ſcriptionem emendat. Lege de illo plura apud *Raph. Sopranem* de Scriptoribus Liguribus p. 253. & *Letum* in Ital. Reg. Parte IV. lib. III p. 348. ſqq.

1. *Cortex Peruviae redivivus, profligator febrium aſſertus, ab impugnationibus Melippi Protimi, Belgæ, Medici, ac Sebaſt. Bado, Medico Genuenſi.* Genæ, ex typ. Benedicti Guaſchi, 1656. 8. *Lat.*

In hujus libri laudem ſcripſerunt multi, iique eruditiſſimi, quod ex limine ejus perſpicere licet. Mihi attuliſſe ſuffecerit acutiſſimi *Hippolyti Graſſetti*, Jeſuitae, cui inſignis liber: *Anatome necis proditoriae*, debetur, epigramma:

China, lues febrium, ſeu quas lux tertia, ſeu quas
Quarta redit, (*s*) *ſeu quas noxque dieſque fovet.*
China liber nemoris Peruani filius, ingens
Libro argumentum eſt, docte SEBASTE, tuo,
Semina apricatum Peruani in Sole ſalutis
Quam bene denarras, certa bibiſſe librum!
Quam bene bili hyemem, bili æſtum ſolvier unum;
A libro atque æquas ſanguinis eſſe vices!
Quam bene morbum hoſtem libro aggreſſore decennes
Abſque mora invenis dedidiciſſe moras.
Te auſpice Chifletius, te Plempius auſpice diſcent,
Quot ſibi non viſas hic liber abdat opes.
Mortiferam Iliadem quis ſciptam in cortice laudet,
Si ſcripta in libro vita, SEBASTE, tuo eſt.

Idem ego mihi perſuadeo, quod magnus hic vir cecinit, cujus obitu Muſæ foro ceſſerunt. Interim in Centuria IV. Epiſtolarum Medicinalium doctiſſimi *Bartholini*, quæ *Hafniæ* apud Matthiam Godicchenum 1667. 8. prodierunt, epiſtola 98. quæ eſt *Guidonis Patini*, Profeſſoris Medicinæ Regii Pariſienſis, in limine p. 559. iſta lego: *Febrifugus*

(*s*) Ita operæ h. l. expreſſerunt. Carminis leges poſtulant *refert*, vel verbum ſimile.

Fugus ille pulvis multos fefellit, nec vera eſſe poſſunt, quæ de illo mentiuntur & impune fingunt tot nebulones, Mercurio addicti, nempe ſeplaſiarii, Pharmacopœi, Chymiſtæ, Lojolitæ, & alii Lucripetæ, qui hoc unum agunt & ſtudent, ut aliquem decipiant novitatis ſuæ ſtudio, & rem agant pro modulo virium: mihi tamen nunquam impoſuit iſtud figmentum, utpote qui à novitatibus abhorreo, aeque ac à fraudibus & impoſturis aliis, quæ ſunt hodie multiplices. Ad hoc tamen momentum *Bartholinus*, vir magnæ doctrinæ, in reſponſione ſua nihil quicquam regerit, tanquam aliter ſe ſentire indicaturus. Novi quidem, in alia ejuſdem voluminis epiſtola ad F. Angelicum data, nempe XLVIII. p. 321. hæc legi: *Grillajam tuam videndi deſiderio teneor, ut & Cl. Badi Chinam cujus jampridem ſpem nobis fecit, cui ea propter debeo iconem, quam in Hiſtoriis Anatomicis poſterioribus, non ſine illius elogio, depictam exhibui.*

3. *Phlebotomiæ neceſſitas aſſerta à Sebaſt. Bado in Variolis, morbillis, exanthematis etiam apparentibus.* (*Lat.*) Ibidem, ut ſupra.

Franciſcus Felini, & ipſe Medicus, in hoc libro tactum ſe exiſtimans, ſequente anno edidit *Apologema jocoſum in Cl. Sebaſt. Badum, Venæ ſectionis, apparentibus variolis, defenſorem. In quo rationibus, auctoritatibus & obſervationibus nedum damnatur illa remedii materia variolis apparentibus, ſed, quæ proficua ſunt, accuratiſſime demonſtrantur. Auctore Franciſco Felino, Equite, & N. Placentino, Philoſopho & Medico Collegiato. Superadditis quamplurimis ad talem materiam ſpectantibus, etſi ſub forma jocoſa, utilibus & neceſſariis.* Ut ſupra 1664. *Lat.*

Huic per quendam ſuorum reſpondere volebat, qui ſatis Latine ſcribere callebat, ſed diſſuadebant amici ex Salomonis Proverbiis XXVI. 4.

4. *Decora Roberti Bellarmini è S. I. fidei propugnatoris,*

pugnatoris, *optima fide collecti à Sebaſt. Bado* ſummo orthodoxae Eccleſiae Hierarchae CLEMENTI PP. X. Ibidem, typis Anton. Georg. Franchelli, 1671. 4. *Lat.*

5. R. P. *Jac. Tirini*, *Antwerpiani*, *è S. I. in S. Scripturam commentarius*, 2 *tomis comprehenſus.* Lugduni ſumtibus Hieron. de la Garde, & Jo. Girin, 1656. fol. *Lat.*

6. R. P. *Jo. Anton. Velaſquez*, *S. I. in Provincia Caſtellana Provincialis*, *& in Regio Collegio Salmanticenſis*, *ſacr. literarum olim Interpretis Diſſertationes & Annotationes de Maria immaculate concepta*, *in lib.* 5. *digeſtae.* Ibid ſumtibus Laur. Aniſon. 1653. fol. *Lat.*

X.

Fr SEBASTIANUS CORDERIUS.

Maſſilienſis, Auguſtinianus. Director Confeſſariorum in forma Catechiſmi, complectens novam, brevem & facilem Confeſſiones excipiendi formam, per P. M. Bartholdum Berteau. Venet. apud Franc. Storii, 1654. in 12. *Lat.*

XI.

SEBASTANUS DIANA,

Cerianenſis, Sacerdos. Cum is intellexiſſet, F. *Angelicum* venari librum, ita inſcriptum:

Opus novum, *jucundum & riſui movendo aptum*, *Hexaſtichis conſtans*, *elegantibus item ornatum figuris*, (quæ pictæ ingenio Petri Pauli Rubens, Guidonis Reni, Titiani, Pauli Veronenſis &c. aeri vero inciſæ Frederico Greutero, Theod. Gallæo, C. Bloemart, & aliis debentur) *auctore*

colono

colono quodam ruſtico Grilli *nomine*, qui Medicum adfectabat, Ticini, & Auguſtinæ Taurinorum recuſ. 1611. in 8. tanquam qui rarus eſſet & magnæ exiſtimationis, doni loco illum ei offerebat. Ipſe itaque in Bibliothecam ſuam repoſuit, poſtquam eum commemoratum legiſſet in illa *Nympharum*, quam *Laurentius Lippi*, pictor idem & poëta ingenioſiſſimus, in *Malmantile*, feſtiviſſimo poëmate deſcripſit. Adponam illud tanquam ἀνέκδοτον, quod nactus ſum ab eo, qui mente ſua plures libros complectitur, quam qui per ſæculum unum in Nundinis Francofurtenſibus vel Lipſienſibus comparuerunt, quive in officiis Blavianis, Janſſonianis, Elzevirianis, Plantinianis, &c. &c. exſtant:

Uno ſcaffale v' è di libri rari,
Ch' eron la libreria di Simon Mago
Ch' abbellita di ſtore, & di Romanzi,
Fu lor venduta poi dal Pocavanzi &c.
Altri Poëmi poi vi ſono ancora
Ed anno incapparato alla condotta.
GRILLO, il Giambarda, Ippolito e Dianora,
I ſette Dormienti, e Donna Iſotta,
E un certo MARMANTIL, che s' ei và fora,
Ecco ſubito bell' è meſſo in rotta
Le Dee col Bambi, che l' hà chieſto, e vuole
Farne all' acciughe tante camicivole. (t)

Jam ad librum ipſum revertamur. Magiſter *Grillus*, qui quaſi ridendus & nullius pretii repræſentatur, talis re vera non erat; ſed vir omnino magnus & illius indolis, quales *Bononia*, aliis urbibus ſuperior, edere conſuevit. De hac enim tanquam ſtudiorum matre dici proverbio ſolet: *Bononia docet.*

(t) Non deſcripſi hic carmen integrum.

cet. Bononienſis enim erat, & doctiſſimus Medicus, inventor etiam illius medicinæ, quæ in compendio (*con quinteſſence*) medetur, non vero nauſeam parat decoctis. Facili opera ægrotis permultis medelam afferebat, nec à morbis immedicabilibus ſibi metuebat. Inter cetera ſanabat feſtive Regis filiam, cui ſpina tranſverſa gulam pungebat. Illa malum queſta ita ait:

L' acuta ſpina il gorgozzul mi punge,
E coſtui per guarirmi - - - - - m' unge

Et vel ſic tamen:

- - - - - mentre ſi maravigliava aſſai
La Donna, truſſe un ſi gran riſo à l'hora.
Che la Spina di gola gli uſci fora.

Illum itaque homines non obeſæ naris Galenum redivivum habebant; nec fallebantur. Operam enim dabat, ut illius artem medendi imitaretur. Cum enim puella illa in gula ſuperiore angeretur, noſter medicinam applicabat inferiori. Similiter *Galenus*, cum Medici multi in pede, qui inſtar digiti exaruerat, emplaſtris & unguedinibus ſanando oleum & operam perdidiſſent, non alio utebatur medicamine, quam quod ſpina dorſi atque adeo medulla ſpinali uncta, nervum illum integritati reſtituebat, qui motum pedi illi conferre debebat. Quot elephantiacos balneis dulcibus reſtituit *Grillus* noſter? quot alios unguentis ad membra oppoſita adhibitis? Quis vero neſcit, cortice fabularum ſæpius manifeſtas veritates abſcondi? Diem obibat in patria, & ſepultus fuit in æde S. Stephani, una cum filia ſua *Nonacrina*. Conſtat id ex monumento marmoreo, cui hæc leguntur inſculpta:

A. M.

Digitized by Google

A. M. C. LXIV. IND. XII. VI. ID. SEPTT.

Hic Nonacrina *jacet*, *medicantis filia* Grilli,
Cæleſtis medicus det, *quod Pater haud dedit illi*,
Quam ſanare minus potuit medicina paterna,
Cæleſtis medicus ſalvet, *dans regna ſuperna*.
Pet. de Alberic. Medicus fecit.

Petrus Albericus, *Alberico de Porta*, Ravennati, ſanguine juncto, JCTus celeberrimus & Medicus præſtantiſſimus, ſed *Grillo*, Doctore ſuo, inferior, (quippe qui anno 1100 floruit, & medicinam tam feliciter fecit, ut locum faceret proverbio hodienum frequentato, quod nempe *medicina M. Grilli medeatur*, *utut non conſtet*, *quomodo*) mederi illi fruſtra conatus monumentum hoc poſuit. Quod cum præſtantiſſimum ſit, tanquam cui Medici inſignis memoria debeatur, parum tamen abfuit, quin aliquot abhinc annis cum aliis aliquot nullius notæ lapidibus abjiceretur. *Ovidius* autem *Montalbanus*, qui illud forte fortuna conſpexerat, quique illuſtrandæ patriae ſuæ, quoad ſuperſtes fuit, omnem operam impendit,effecit,ut muro monaſterii S. Stephani, loco conſpicuo, inſereretur. Hujus rei *Glareanus* in *Clypeo Rinaldi* cap. XVI. p. 78. meminit; ego vero eam edoctus ſum per ipſius (*Montalbani*) epiſtolam an. 1645. 20 Jun. ad F. *Angelicum* ſcriptam, cujuſmodi integrum volumen idem poſſidet.

XII.

BENEDICTUS GUASCUS,

Genuenſis, Bibliopola. Pauper quidem, ſed regiæ indolis erat, unde neminem ex officina ſua vacuum,

vacuum dimittebat. *Brignolius* typographiam ſuam, quam ex Belgio una cum ſociis quibuſdam ſuis acceperat, vendendam ſtatuebat, intelligens, illa inde commoda, quæ exſpectaverant, ſperari non poſſe. Aliud enim eſt librorum, aliud cambiorum commercium. Eidem præterea adminiſtrandæ praefecerat quendam *Johannem Dominicum Perum*, hominem cetera bonum, ſed qui libro pretium ſtatuere potius, quam typographeis praeeſſe didiciſſet. Ex quo fiebat, ut aliquot millia ſcutatorum impendiſſet comparandis libris, qui ex mole aeſtimabantur, puſillanimis praeterea, qui nollet exſcribendos curare libros, ad quos divendendos aliquantum temporis requirebatur. Hanc itaque typographiam una cum libris omnibus ſuam noſter faciebat. Vix vero initium fecerat prela exercendi, quando ex peſtilentia, paulo poſt graſſante, diem obibat. Certiſſime mihi equidem perſuaſum habeo, quod, ſi fuiſſet ſuperſtes, prela Genuenſia in exiſtimationem aliquam ducturus fuiſſet, nec mihi defutura occaſio plures ejus libros hoc loco commemorandi.

1. *Hiſtoria cauſarum & effectuum peſtilentiæ.* P. D. Andreae Cirini C. R. In ea differitur de interioribus Ægyptiorum, Graecorum, Hebraeorum & Arabum, cauſae item humanae & divinae morbi hujus exponuntur, una cum prodigiis, quae peſtilentiae famoſiſſimae in orbe effecerunt; numerus quoque morborum, diuturnitas morbi, medendi modi, aſpectibus cœli conformes, origines contagii, eventus, etymologiae, effectus & ſigna, & quae praeterea Angelorum, daemonum & hominum ope acciderint, enarrantur. Cum variis diſſertationibus Aſtronomicis, Meteorologicis, & Sacris, addita etiam expoſitione allegoriarum Poëticarum, & mythologiarum antiquitatis remotiſſimae, locorum denique Scripturae ſacrae difficiliorum. Genuae

L apud

apud Benedictum Guaſcum, M. DC. LVI. in 4 (*Ital.*)

2. *Paſſio Chriſti figurata & hiſtorica, ſermonibus XXX. in tres Tractatus diviſa.* Primus inſcribitur, *Paſſio figurata in ſacrificio Abrami.* Secundus: *Chriſtus crucifixus terreſtris paradiſus*; & tertius: *Paſſio hiſtorica.* P. Andreae Blanci, Genuenſis, C. G. apud eundem, 1655. in 12. *Ital.*

3. *Impietas flagellata à Zelo Eliæ*, auctore *Andrea Alberto.* Ibidem, ut ſupra.

4. *Chorus S. Eccleſiæ*, h. e. Pſalmus: *Immaculati in via &c.* conſideratus, duabus paraphraſibus. Poëma Jo. Lazari Montobii, ibidem ut ſupra, 1644 in 4. *Ital.*

5. *Pii mores & ſancti amores epigrammatis expreſſi.* Auctore Candido Philaletho, Preſbytero Genuenſi. Apud eundem 1652. 8. *Lat.*

6. *Beati dolores epigrammatis expreſſi.* Ab eodem & apud eundem, 1653. in 8. *Lat.*

7. *De præſcientia Dei ac prædeſtinatione*, diſputatio ejuſdem Philalethi. Ut ſupra, 1656. in 8. *Lat.*

8. *De Opinionum praxi*, diſputatio ejuſdem Candidi, additis tribus apologiis diverſo tempore editis, Genuæ 1651. 8. *Lat.*

9. *De Cambio* Tract. brevis atque dilucidus, in quo ejus eſſentia & juſtitia declaratur, & impugnantium argumentis reſpondetur. Auctore eodem C. P. P. G. Guaſcus, 1662. 8. *Lat.*

10. *Quæſtiones Phyſicæ faciles intellectu, utiles, &c.* Andreæ Blanci, Genuenſis, C. G. ex eadem officina, 1653. 4.

11. *Scrutinium Reipublicæ Venetæ*, auctoris incogniti, examinatum à Raphaele della Torre, Genuenſe, per eundem 1653. in 12. *Ital.*

12. *Victoriæ Minervæ*, ſive virtus de vitiis triumphans. Apud eundem, in 4. *Ital.*

13. *Amedeida*, poëma heroicum Gabrielis Ciabreræ. Apud eundem, 1654. 12. *Ital.*

14. *Poemata heroica* poſthuma Gabrielis Ciabreræ, i. e. *Foreſti*, & *Ruggieri*. Ibidem, ut ſupra. M. DC. LIII. in 12. *Ital.*

15 *Succeſſus glorioſi* in vita S. Ubaldi, Canon. Reg. Lateranenſis, Epiſcopi Eugubini, enarrati à Celſo Faleonio, Bononienſe, Priore S. Victoris, ut ſupra, 1654. in 8. *Ital.*

16 *Staffetta privata*; epiſtolæ P. D. Jo. Auguſtini della Lengueglia ad P. D. Gineſium Malſantium. Ut ſupra, 1656. in 12. *Ital.*

17. *Obſervationes Anonymi de Arminis ad Annales Eccleſiaſticos Henr. Spondani, quibus expenduntur nonnulla ejuſdem Spondani de aliquibus Principibus nationibuſque elogia.* Ad J. Paulum Olivam è S. I. dudum Innocentii X. nunc Alexandri VII. Eccleſiaſten. 1656. 4. *Lat.*

XIII.

BENEDICTUS MAROTUS,

Citerna Umber, homo diſertiſſimus, & in amicos ſincerus. Inter ipſum & Fr. *Angelicum* amor mutuus cum maxime intercedebat, illum *Tarviſiis* Seminarii Magiſtrum agentem, hunc vero Venetiis operam Bibliopolis ſolicite navantem, & amicis quoque exteris, nominatim Patavinis & Veronenſibus, inſervientem. Volebat ille, ut hic quotidie ad ipſum ſcriberet, qui nullum diem ſine literis exaratis abire ſineret: hic vero literas lectas, tanquam res parvi momenti complexas, ſine reſponſione ſeponebat. Itaque *Mariottus* epiſtolam ſcribebat, quam hic repræſentabo, tanquam critici neſcio quid continentem.

Eruditiſſimo & humaniſſimo Viro Angelico Aproſio, *Intemelio, Bened. Mariotus, F. P.* (u)

Quid egerim, quid ſomniarim, unde Intemelius me ex Albo eorum eraſerit, quos memoria amantiſſime fovet? Suſpicaberiſne cor obſervantiæ plenum ab officio declinaſſe, & pectus amicitiæ ſacrum ingrati animi labe foedari potuiſſe, ut tam acerbe mulctetur? Ergo vir, nutritus ambroſia, quam labiis ſtillat ac nomine, tam amare ſtatuet contra innocentem? Fiet igitur, ut ab Angelico Judice inani ſuſpicione ad vulrem Tityi damnetur amicorum amiciſſimus indicta cauſa? TEMPLUM hercle patriam tuam Politicorum Princeps compellavit, & è Templo *tam iniquos Themis Sacerdotes dabit? Niſi me non lateret, Angelicum Aproſium recentioris abuſus æſtui non cedere, ſed fortius, quam in Acheloum Hercules & ſatyris & moribus obluctari: crederem, te intra cutem commodorum tuorum, amicis poſthabitis, vivere tibi. Sed neque hoc alioqui in animum caderet, qui cum deprehendit, ſe verbis ſolum amari, violentior Sampſone, neceſſitudinum vincula abrumpit, & machinamenta ſimulationis in ruinam trahit. Quid ergo? accipitres illos pecuniarum Typographos, tam avidos, tam difficiles, offenderis, arbitror; ut ſtomachatus nec literas nec reſponſum remiſeris: ſatis ſuperque Gryphes novi ſatellites auri, Pegaſis infenſos: quocirca nil miror. Excuſo impetum animi ingenui, & nihilo ſecius literas exſpecto. Redi amabo, retenta contumaces animos, Morpheum abige, & Proteum indue, ut Platones vincas, & vincias mihi: nil medius fidius poteris gratius præſtare Theſeo tuo, mi Alcides. Vale, & amoris vices, ut ſoles, redde cupidiſſimo tui. Tarviſii Idibus Junii,* 1646.

Habe-

(u) Latine ſcripta eſt hæc epiſtola.

Habebat ille *Cornelium Tacitum*, ex *Lipſii* editione cum notis *Hugonis Grotii* Leidæ ab Elzevirio, 1640, in 12. Hic in Vita *Julii Agricolæ* p. 662. legebat iſta: *Sequens annus gravi vulnere animum domumque ejus adflixit: nam claſſis Othoniana licenter vaga dum in TEMPLO (Liguriæ pars eſt) hoſtiliter populatur, matrem Agricolæ in præſidiis ſuis interfecit.* Cumque præterea lib. II. Annalium p. 463. legiſſet: *Irritatus eo prælio Othonis miles, vertit iras in municipium ALBIUM INTEMELIUM,* non cognito in priore loco contextus mendo, ſibi perſuadebat, TEMPLI quoque nomine venire. Verum eſt, eadem ratione legi in editione *Boxhornii* Amſtelodomenſi, 1643, in 12. p. 610. & *Berneggeri* Argentoratenſi, 1638. 8. cap. 7. 1. Imo *Michael Virdungus*, Profeſſor Hiſtor. & Eloqu. Altorfinus, in edit. Norimbergenſi, 1637. ibidem exhibet *in templo.* At in commentario p. 42. ad verba: *dum in Templo (Liguriæ pars eſt) populatur*; ita commentatur: *Olim mihi hic locus viſus corruptus, quod* (in regione aliqua populari) *vix ſit Latinum. Item, quod* Templi, quæ pars Liguriæ, *nulla apud Geographos mentio. Quare* Intemelios, *quamvis paulo timidius meis Auditoribus, ut hic reponerent, ſuaſi. Sed poſtea animadverti, ita legendum complures doctos ſciſcere, & cenſere, quorum numero mihi merito primus Hieron. Surita. Boxhornius*, vir doctiſſimus, qui in *Tacitum* nihil monuerat in commentario, Lugduni Batavorum per Iſaacum Commelinum, 1642. in 12. edito p. 112, ita ſcribit: *Feliciter hunc locum emendavit vir ſummus, Henr. Savilius, qui pro* in Templo *legit* Intemelio. *Civitas illa Liguriæ celeberrima eſt, & Rodorio, fluvio, alluitur.* (x) Rectius pro *eſt*, ſcripturus

(x) Vocatur hodie *Vintimiglia*, *Aproſii* noſtri patria, de qua in Introductione ad *Bibliothecam* hanc *Aproſianam* p. 29. ſqq fuſius diſſeritur.

rus erat, *fuit.* Cives enim ejus id, quod *Joſ. Scaliger* ſymboli loco habuit, *Fuimus Troes*, dicere poſſunt, civitate non minus, quam Troja olim, miſere habita. Vere fuit olim celebratiſſima, &, quod *Strabo* lib. IV. Geographiæ p. 136. ſcribit: *Urbs ingens eſt Albion Intemelium, cujus habitatores Intemelii vocantur.* Quo tempore cum mulieres fortitudinem maſculam probarunt, *Cornel. Tacitus* lib. II. Hiſtor. cap. XIII. 2. (utor editione *Berneggeri*) facinus æterna memoria dignum recitat: *Auxit invidiam præclaro exemplo femina LIGUS, quæ filio abdito, cum ſimul pecuniam occultari milites credidiſſent, eoque per cruciatus interrogarent, ubi* filium occuleret? *uterum oſtendens*, latere *reſpondit. Nec ullis deinde terroribus aut morte, conſtantiam egregiæ vocis mutavit.* Locus hic à *Georg. Dato*, Florentino p. 448. editionis Venetæ apud Jo. Albertum, 1598. in 4. ita Italice eſt redditus: *Accrebbe il biaſmo di ſi fatta crudeltà, una femina chiamata* Ligo, *la quale havendo naſcoſo un ſuo figliulo, e credendo i ſoldati, che ella haveſſe occultato con quello inſieme i danari, per ciò eſaminandola con tormento monſtrando loco il ventre, diceva, che quivi l' haveva naſcoſo, ne per tormenti, ne per morte, gridando e rammaricandoſi giammai ſi mutò della ſua voce ordinaria.* Enimvero hodie longe aliter agerent, quod reſpondet illi, quod modo diximus: *Fuimus Troes.* Interim hæret mihi ſcrupulus quod ad verſionem vocum: *femina Ligus*, quas *Datus* reddit: *femina chiamata Ligo.* Semper enim credidi *femina* eſſe ſubſtantivum, & *Ligus* epitheton: hic vero pro ſubſtantivo poni intelligo. Opinionem meam firmari puto a *Priſciano*, qui lib. VI. col. 715. Corporis Grammaticorum ab *Elia Putſchio* Hanoviæ apud Claud. Marnium & hæredes Jo. Aubrii, 1605. Wecheliana in 4. editi, ita tradit: *Et Ligus quoque Liguris commune eſt.* Hic vero præ-

præterea monuero, quod, cum paulo ante idem (*Priſcianus*) dicat: *nam vetus, veteris, commune eſt trium generum*; & ſtatim ſequatur: *Et Ligus quoque Liguris commune eſt*; hic quoque ſubintelligi debeat, *trium generum*. Convenienter his ibidem col. 1455. *M. Valerius Probus*, ita præcipit: *Hic & hæc & hoc augur hujus auguris, Ligur Liguris, & ſi qua talia.* Æque dici poteſt: *Pomum Ligus*, ac dicitur: *Vinum Chium, Gnoſium, Creticum*, & ſimilia. Sed de hoc capite me refero ad judicium præſtantiſſimorum in Italia virorum, *Andr. Cavalcanti, Anton. Magliabecchii*, & *Laurent. Panciatici*, amicorum communium. Debentur illi,

1. *Bened. Mariotti Vertumnus, ſive Elogiaſtica, Encomiaſtica, & Acclamatoria Inſtitutio, in qua etiam de Epitaphio & Epigraphe.* Piſis in officina Franc. Tanagli, 1637. 8.

2. *Miſcellanea Exornationum Philologicarum* Bened. Mariotti, ut ſupra. Laudatur illa in *Philareto*, i. e. libro VIII. Partis I. Muſarum M. Bonifacii, p. 352. n. 112.

Bened. Mariotti Artes Encomiaſticæ.

Laudantem laudare virum dulciſſima laus eſt,
Scilicet auctori redditur illa ſuo.
Nempe, quibus laudare modis aut ſermo ſolutus
Debeat, aut vincto, tu, MARIOTTE, docens,
Laudandique ſtylum certa ſub lege coërcens,
Eulogia ac titulos conficis ipſe tibi.
Quiſque tibi acclamat, tibi quiſque encomia texit,
Quiſque tibi applaudit, ac tibi quiſque cavit.
Dumque ſuum certant omnes celebrare Magiſtrum,
In cælum veheris artibus ipſe tuis.
Cæſareum facinus: ſtatuas nam credidit ille,
Dum reparat Magni, ſe ſtabilire ſuas.

Et Parte III. ejuſdem voluminis, ſeu lib. X. p. 474. n. 145. lego:

In Viri Illuſtriſſ. Thomæ Spinulæ Phthonotomen, & Bened. Mariotti Hermathenam.

Monſtrum erit hoc ipſo forſan monſtroſius, inquit,
Si totam hanc Furiam pectore condat homo.
Ergo minutatim rabioſa ſecetur Erynnis,
Particulam capiat mox ſibi quiſque ſuam,
Unica duntaxat non hoc infecta veneno
Mens HEROIS erit, ſector ut ipſe foret.
Fulmineam eloquii vibrat Cyllenius harpen;
Ægide ſed Sophiæ corda Minerva tegit.
Accepta hæc arma à ſuperis ut munere fungi
Vir queat, è cœlo, tu, Mariotte, refers.
Protinus Eumenide falcato trajicit enſe,
Inque tomos THOMAS diſſecat innumeros.

Aqud *Joſephum Baptiſtam*, Ennii civem, & Epigrammatographum acutiſſimum, p. 121. edit. II. epigrammatum ejus Neapolit. apud Beltranum, 1648. in 12. & tertiæ ibid. apud Babam, 1659, 12. Cent. II.

Vitia Phacacis mihi ſint viridaria Regis,
Aſſyrium Cyri nec celebretur Opus.
Hybla Crocos temnat, Violas neque jactet Hymettus,
Et ſileant Pæſti prata benigna Roſas.
Scilicet ad ſubitum naſcuntur pabula lethum,
Una dies gignit, conterit una dies.
At flores, BENEDICTE, tuos, & AMOENA vireta
Multa dies peperit, nulla dies perimet.

Donavit (*Mariottus.*)

De

De Strena Hieronymi Boſii, Ticinenſis, & Romani Patricii, atque eloquentiæ Profeſſoris Regii. Mediolani apud Joan. Navam, an. 1624. in 8.

XIV.

BENEDICTUS MILLINI, *(y)*

Romanus, vir eruditionis non vulgaris, cum quo amicitiam contraxerat menſe Januar. anni 1653. Romæ ultima vice commoratus.

1. *Conſtantia feminarum*, Comœdia Modelli Tientibene: *Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis.* Romæ apud Ludov. Grignani, 1647, in 8. *Ital.*

Auctoris nomen fictum eſt, noſtroque debetur liber, qui non præter rationem nomine illo uſus eſt, quod patebit ex illis, quæ ipſe ad Lectorem ita: *In quo dum fui, hoc imprimis ſtudui*, ut nemo poſſet ſtomachari de turpibus, aut offendi obſcœnis, aut denique malo exemplo abripi, *quæ præſtantiſſimi ex noſtratibus Critici verba mea nunc facio.*

2. *De Oratorio S. Laurentii in Laterano, quod hodie dicitur* Sancta Sanctorum. Diſſertatio Bened. Millini. Romæ ſumtibus Blaſii Diverſini & Felicis Ceſareti, 1666, in 8. *Ital.*

3. *Bened. Millini diſſertat. hiſtorica, bipartita, de anno, quo natus eſt Chriſtus: & de anno, quo paſſus*

(y) *Mellini* potius ſcribendum erat. Ita enim *Aproſius* ipſe in *Viſiera alzata* n. 79. appellat, ubi librum ejus, ſub *Modelli Tientibene* nomine editum, commemorat. Hic ille eſt *Mellinus*, quem *Ezech. Spanhemius*, humanitate humanior, in immortali opere de Præſtantia & uſu Numiſmatum, p. 405. edit. in 4. Amſtelodam. virum optimum & omnis Romanæ antiquitatis callentiſſimum appellat. Conf. p. 829.

paſſus eſt, prævia Chronologiæ, ab eodem edendæ, una cum libro Vitarum Pontificum, qui Anaſtaſio S. R. E. Bibliothecario adſcribitur, aucto & correcto. Romæ excudebat Fabius de Falco, 1664. in fol.

Hic (*Millinus*) anno 1653. 28. Januar. Philothecæ Aproſianæ hæc interebat:

Aproſi, tua Te virtus mihi fecit amicum.

B. M. VII. Kal. Julii M. DC. LXIX. ætatis anno LXXVII. jam labente.

XV.

BERNARDINUS TIBERTI,

Mentonenſis, jam Archiater Honorati Grimaldi, Principis, Ducis Monoecienſis, & Paris Franciæ, Medicus vero Ordinarius Ludovici XIV. Præter effigiem ex dono ejus exſtant ſequentia:

1. *Nicæa civitas ſacris monumentis illuſtrata. Opus R. D. Petri Jofredi, Sacerdotis Nicienſis, in quo præter antiquitatum notitiam Nicienſis urbis, diœceſis, comitatus, Sanctorum & Pietate illuſtrium, qui ibi ſunt nati, mortui, aut tumulati, geſta deſcribuntur, notationibus illuſtrantur, Epiſcoporum Cemelio Nicienſium, nec non Abbatum Monaſterii S. Pontii ſucceſſiones, aliaque Eccleſiaſtica decora recenſentur.* Auguſtæ Taurinorum, typis Jo. Jac. Ruſtis, 1658, fol.

2 S. *Thomæ Aquinatis in VIII. Phyſicorum Ariſtotelis libros commentaria*, ex vetuſtiſſimo ac fidiſſimo MS. exemplari nuper diligentiſſime caſtigata, & locis quamplurimis integritati reſtituta, cum duplici tranſlatione textus antiqua, & Argyropoli recognitis. Ad hæc acceſſit Roberti Lincolnienſis in eoſdem ſumma, &c. Venetiis apud Hieron. Scotum, 1552. fol.

XVI. BER-

XVI.

BERNADUS MORANDUS,

Nobilis Genuenſis, Eques Ducis Parmenſis, Comes Monteclarenſis & Sacerdos Jeſu Chriſti, tantorum in literas meritorum, ut ſupremus Muſarum LEGATUS felicem ſe reputaret, quod ſplendidiſſimum ſuum *Athenæum Poëticum* effigie ejus ornare poſſet. Egregio illum decoravit elogio, quod inter MSS. *Aproſiana* repertum hic deſcribam:

BERNARDUS CO. MORANDUS.

Æternas ROSALINDA Roſas Lauroſque perennes
Texuit Aſcra Tuis, docte MORANDE, comis;
Sed pretium facis ipſe Roſis Lauriſque ubi nexis
Proſa *tua eſt aurum, ſunt adamantes* Epos.

Optimum vero illi elogium præſtat *Jo. Carolus*, Comes, ex filiis ejus tertius. Si enim, quod Salomon ait *Proverb.* X. 1. *Filius ſapiens lætificat patrem*; ille quidem veram ejus ſiſtit imaginem. Quoniam vero de eo alibi dabitur dicendi locus, illi quidem hoc omne relinquam. Amicitiæ inter utrumque mutuæ, quoad ex epiſtolis intelligere potui, initium in Octobrem anni 1643. incidit, parario *Luciano Borzono*, pictore & poëta maximæ celebritatis. Argumento ſit carmen ejus ſequens, quod p. 227. *Phantaſiarum variarum* legitur:

Ad Lucianum Borzonem, Pictorem & Poëtam,

Borzon, *che con la penna e col pennello*
Agguagli la Natura e vinci l'Arte.

Poca

Poca lode in te ſia, mentre in lodar te
Sol grand Poëta e gran Pittor t'appello.
L'uno i color di queſto volto, o quello
Ritrar non può con vivi inchioſtri in carte,
L'altro non ſà dell' incorporea parte
Co' i color morti effigiar il bello.
Ma tu, con doppio honor, che pingi e ſcrivi
L'alma e il ſembiante altrui ſi manifeſte,
Ch' il volto in tele, il nome in carte auvivi,
D' Aleſſandro, e d' Achille in un potreſti
Ritrar con tinte morte, e inchioſtri vivi
Più d' Apelle, e d'Omero, il volto e i geſti.

Opera ejus omnia quatuor voluminibus juncta exſtant in 12. Qui rationes ejus non penitus habent perſpectas, exiſtimaverint, pauca hæc eſſe: quibus vero de variis ejus negotiis conſtat, mirabitur, quod tam multa ſcripſerit. Et vere tamen ſcripſit, iis ſcilicet à Deo dotibus inſtructus, ut maxima cum felicitate & facilitate ſcribere poſſet. Obiit an. 1656. 6. Martii, ætatis 67. & in æde S. Vincentii PP. Clericorum Regularium Theatinorum ſepultus eſt, ubi is ædiculam, S. Bernardo dedicatam, una cum monumento ſepulchrali ſibi fieri fecerat.

1. *Raptus Helenæ*, Drama heroicum Muſicum Placentiæ in theatro novo actum, 1646. Ibidem per Jo. Anton. Ardizzonum in 8. (*Ital.*)

2. *Amor nuncius*, epithalamium &c. Placentiæ 1614. 4. (*Ital.*)

3. *Venus cœleſtis*, epithalamium in nuptias Marchionis Jac. Galfridi & Vitruviæ Angriſſolæ. Ibid. 1644. 4. (*Ital.*)

Hoc recuſum exſtat in *Fantaſie amoroſe* p. 119. ſed malo quodam fato, vel potius, pro ingenii ſui pravitate, infelix ille Sejanus, qui non recordatus præ-

præcepti divini per Pſalten CIV. 15. *Noli tangere Chriſtos meos*, dati, manus ſuas ſanguine *Giardæ*, Epiſcopi, maculare inſtituerat, ex merito capite fuit truncatus. (*Ital.*)

4. *Rixæ per Cupidinem compoſitæ*, chorea feſta equeſtris ſolenniter acta & muſicis inſtrumentis comitata Placentiæ in Bacchanalibus an. 1644. auctore carminis B. M. modos vero Muſicos jungente Simpliciano Olivo. Ibid. per Ardizzonum in 4. (*Ital.*)

5. *Hercules in Erymantho* pro convivio feſto, Placentiæ 1651. 4. (*Ital.*)

6. *Viciſſitudines temporis*, Drama phantaſticoMuſicum, in tres Actus diviſum, & in Theatro Parmenſi, præſente in itinere Sereniſſ. Archiducibus Ferdinando Carolo & Sigiſmundo Franciſco & Archiduciſſa, Anna Toſcaniæ. Parmæ apud Eraſmum Viottum 1652. in 4.

7. *Roſalinda*, libris X. Placentiæ per Jo. Bazachum 1650. in 4. (*Ital.*)

Hujus occaſione recordor illorum, quæ in *Ludov. Aproſii*, Intemelienſis, *Otiis æſtivis* (Ital.) ſuper *Judicium extremum*, v. e. poëma *Toldi Conſtantini*, de quo ſupra, lego. Quando enim afferuntur ſequentes Carminis I. ſtrophæ 4. verſus:

La ſeria Muſa mia, che prende à vile
Le ſole de Romanzi.

p. 13. operis MS. hæc ſubiunguntur: *Sæculum noſtrum vere eſt illud fabularum Romanenſium. Alio tempore non niſi Paſtoralia & Idyllia comparebant, hodie non niſi fabulæ Romanenſes conſpiciuntur. Blondus (Biondi) Eques multa ingenia Eromene ſua, Donzella & Coralbo ineptire fecit. Non negaverim, multas earum eſſe egregias: multarum vero eadem,*

quae

quæ ignis ſtramine ſuſtentati, ſors fuit. C. S. (z) in epiſtola ad Lectorem Achilli Tatio præmiſſa, de hoc æque ac Heliodoro ita: Hi duo ſunt optimi ac praeſtantiſſimi ἐρωτικῶν auctores qui hodie exſtent, ac terantur manibus hominum otioſorum, & elegantis inertiae ſtudioſorum. Reliqui omnes, Euſtathii & Prodromi nugae ſunt prae iſtis, vix digni, qui legantur. Idem & nos de paucis aliquot bonis, & viciſſim de reliquis malis affirmare poſſumus. Bernardo Marandi G. Gen. poeta inſignis, non minus Latinus quam Italicus, hac in parte ſuperioribus illis nil quicquam inferior, quod oſtendunt &c. mihi jam à multis annis amicus fabulam ejusmodi ſub Roſalindes nomine parat, quae ſine dubio nulla ex praeſtantiſſimis inferior ullo modo, imo vero hinc inde ſuperior fuerit. De Roſalinda dicam, quod de Chloride Petrus Hieronymus Gentile Ricci, Nobilis Savonenſis, Scena III. Actus II. Comœdiae quam ſuſpectos *inſcripſit, ſub perſona Selvagii ait:*

> *- - quant' io più la miro,*
> *Più creſce in me il deſio di rimirar la.*

Manzinus, Commendator, in ejusmodi Fabularum Scriptores invectus, in epiſtola, quae vitam S. Euſtachii antecedit, ita exclamat: ò miſeri Chriſtiani, non ne intelligitis, pilulas has eſſe inauratas, quae jucundo velo opertae oculis illudunt, & amarum palato guſtum conciliant. Nonne vero res ita habet? Non aliter omnino. Idem enim ſubjungit. *Plures virgines lectione hujusmodi ſcriptorum, quam amantium inſidiis & inſultibus proſtratae ſunt. Interim verba ejus de aliis potius omnibus, quam de te, ò ROSALINDA, ſunt accipienda. Ea tua eſt modeſtia, ut etiam in ſacra*

(z) i. e. *Claudius Salmaſius.*

cra monaſteria penetrare poſſis ſine periculo animas bene natas, & cœleſti amore plenas, offendendi. Singulae earum in lectione tui haerebunt cum voluptate, Deoque vehementer gratias perſolvent, qui ab illecebris hujus mundi ſe avocarit. Volupe mihi eſt cum Auctore, quod, cum alii pennarum ſuarum radiis puriſſimam Pudicitiae columbam transfixam dejicere non potuerint, ipſe feliciter feriendo effecerit, ut ignis, cœlo delapſus, in Dei amorem animos accenderet.

8. *Rhythmi* Doct. Scipionis ex Dominis della Cella, poſt mortem ejus collecti, Mediolani per M. Tullium Malateſtam 1609. 8.

9. *Poëmata Dramatica* Comitis Petri Bonarelli della Rouere, Anconæ apud Octav. Beltranum 1651. 4.

10. *Poëmata Lyrica* ejusdem: ut ſupra.

XVII.

BLANCUS NIGER (*Bianco Negri*)

Jo. Franciſci filius, Pictor effigierum Bononienſis præſtantiſſimus.

Prima Cruciata, ſive ſocietas armorum Chriſtianorum, cruce inſignium &c. à Jo. Franc. Nigro, Bononienſe, collecta. Bononiæ apud Jo. Baptiſt. Ferronum 1658. in fol. *Ital.*)

XIIX.

F. BONAVENTURA THEULI,

Velletranus, Minor Conventualis, Ordinis Socius, jam Archiepiſcopus Mirenſis.

Theatrum hiſtoricum Velletranum, Bonavent. Theuli D. Theol. Conventualis Franciſcani, in tres libros diſtinctum, quibus res antiquæ & novæ Vel-

Velletranæ enarrantur. Velletrii per Alphonſum dell' Iſola 1644. 4. ad Eminentiſſ. Cardin. Hieron. Veroſpi, Epiſc. Oſmenſem.

C.

I.

CAROLUS CHARTARIUS,

Nobilis Urbevetanus, *Julii Cartari*, Senatoris quondam Romani, & Laviniæ, filiæ Vincent. Beccolii Eugubini, filius lucem adſpexit Bononiæ an. 1614. patrinum nactus *Fredericum Cardinalem Borromaeum*, cujus vices gerebat Eques & Senator Bononienſis, *Galeazzus Palacottus*. *Julius* natalem habebat annum 1559. Auditor Generalis apud Excellentiſſ. *Rattam*, provinciæ, quæ *Campagna di Roma*, dicitur Gubernator an. 1591. conſtitutus. Hinc Locum tenentem agebat apud *MaffaeumBarberinum*, Adminiſtratorem Fanenſem. Poſtea an. 1591. à Card. *Friderico Borromaeo*, Archiepiſcopo Mediolanenſe, Vicarius in Criminalibus dictus eſt, eoque officio per integrum fere ſeptennium perfunctus. *Papirio*, fratre ſuo, an. 1606. defuncto, in patriam revocatus & anno 1608. à Paulo V. P. M. Bononiam miſſus eſt, ut provinciam Auditoris *di Torrone*, inter Criminaliſtas maxime conſpicuam, occuparet. Hic itaque per ſeptem annos, legationibus apud Cardinales, *Juſtinianum*, *Barberinum* & *Capponum*, obitis, à Pontifice Præfectura Nurſienſi, quæ Prælati eſt dignitas, donatus eſt: deinde an. 1616. inter Auditores Criminales Rotæ Genuenſis eſt electus, quam tamen provinciam non accepit, tanquam qui Principi ſuo ab officiis eſſet. Anno 1620. ad Præfecturam *Faventinam* acceſſit, inde vero an. 1621. *Paulo* defuncto, a Gregorio XV.

XV. ejus Succeſſore, Romam reductus fuit, ut Locum tenentem in Criminalibus ageret apud *Jo. Dominicum Spinolam*, Auditorem Cameræ, qui an. 1626. ab *Urbano* VIII. Cardinalis ſub titulo S. *Clementis* renunciatus eſt. Anno 1623. Bononiam reverſus eſt, cum eodem, quem ante ibi geſſerat, titulo, quoad *Gregorius* Pontificem agebat. Hinc, Urbano VIII. electo, Romam cum auctoritate *Fiſcalis Generalis* eſt vocatus, & ob res præclare geſtas, an. 1629. Senator Romanus electus, ubi tandem an. 1633. ætatis 74 diem obiit, relictis variis ſcriptis, prelo paratis, de quibus mox dicemus. Sepulturam invenit in *Ara Cœli*. (*a*)

Erat is filius *Flaminii*, qui *Papirii* quoque & *Rutilii* parens erat. Cumque illi omnes eruditionis laude floruerint, nefas mihi videtur, ſi nonnulla, quamvis pauca, de iis afferre negligam. *Flaminius* ſua ætate inter Criminaliſtas eminebat; adeo, ut Genevæ in locum Auditoris in Criminalibus ſufficeretur. In ſcribendo diligens fuit, neque tamen quicquam lucem vidit, ſi exceperis,

1. *Flaminii Chartarii*, J. V. D. Urbevetani, Theoricæ & Praxis Interrogandorum Reorum libros IV. Latrunculatoribus omnibus non minus jucundos, quam neceſſarios. Venetiis 1600. 4. apud Damianum Zenarium. Prodierunt etiam ibidem 1590 & 1618. De prima editione vide *Draudii* Bibliothecam Claſſicam p. 825. de ſecunda Janſſonii, Bibliopolæ Amſtelodamenſis, Catalogum an. 1640. 4. editum. Annum 1618. præferebat illud

(*a*) *Julii* hujus *Chartarii* vitam habes in Vitis Arcadum Tom. II. p. 133. ſqq. Vix dubito, ex hac *Chartariorum* gente eſſe *Vincentium*, cujus liber *de imaginibus Deorum* exſtat. De eo lege *Jo. Guaſci* Hiſtoriam Literariam Regii Lepidi p. 101. ſeq.

illud exemplum, quod inter libros *Theod. Graſwinckelii*, Hagae, an. 1617 ſub haſta veniit. Vide ibi libros Juridicos p. 25. n. 131. in 4. *Lat.*

2. *De executione ſententiae contumacialis, capto Bannito.* Venet. 1587. 4. ſecundum Draudium p. 661. & 1593. 4. ex fide catalogi Elzeviriani Leidæ 1634. p. 28. Prodiit præterea in *Theſauro Executivo*, num. II. Hamburgi apud Frobenium, & Francofurti apud Rolandum, quod patet ex Draudio p. 714. *Lat.*

3. *Deciſiones Cauſarum Executivarum Rotae Reipub.* Genuenſis, auctore D. Flaminio Chartario (Draud. p. 904.) Francof. apud Feyerabend, 1608. 4. & Moguntiæ apud Albinum, 1604. 4. & Venet. 1626. in 4. teſte Janſſonio: qui tamen, neſcio quam recte, facere poſſit, ut *Genua* & *Geneva* pro eadem urbe habeantur. In Catalogo enim ſcribit: *Chartarii Deciſiones* Genev. &c. *Lat.* Plura interim exſtant opera ejus manu exarata, & luce digniſſima, nempe ſequentia:

1. *De ratione judicandi cauſas criminales.* 2. *De ſocio criminis.* 3. *De defenſionibus reorum.* 4. *De Colonis partiariis.* 5. *Communes opiniones Criminales.* 6. *Praxis Judiciariæ centuria.* 7. *Arbor poenarum utriuſque Juris.* 8. *Promtuarium in materia de Juribus.* 9. *Allegationes Civiles. Vol. VII.* 10. *Allegationes Criminales. Vol. IV.* 11. *Collectanea in materia Statutorum. Vol. V.* 12. *Fragmenta Lucubrationum diverſarum. Vol. II.* 13. *Annotationes ad Lecturas, Conſilia, Tractatus & Deciſiones diverſorum.* 14. *Promtuarium Criminale. Vol. V.* 15. *Annotationes in Novum Auth. Inſt. de Feud.* 16. *Annotationes in Cod.* 17. *Annotationes in Decretal. lib. VI. Extravag.* 18. *Methodus Proceſſus Informativi, Vol. III. in fol.* 19. *Additiones ad Deciſiones Genuenſes.* 20. *Summa de ratione Advocandi & Judicandi.* 21. *Formularium variarum rerum.*

rerum. 27. *Index Deciſionum Rotæ Romanæ tunc non impreſſarum.*

Papirius, Urbeveti 1565 natus, an. 1601. Auditor Rotæ Peruſinæ factus eſt, quo in officio diem obiit an. 1604. Reliquit MSS. *Reſponſa & Promtuarium Juris.*

Rutilius in lucem Urbeveti 1572. editus, ſaeculi fallaciis cognitis, conſilium cepit illud deſerendi, atque adeo an. 1594. Capucinorum Ordinem ingreſſus, eodem anno animam Conditori reddidit. Felicem ſui memoriam & *Reſponſa Civilia* MSS. reliquit.

Enimvero *Mutii*, fratris horum, fere oblitus eram, cujus exſtat editus *Tractatus de Legitima ſolvenda per patrem pro filio condemnato, ſive de Poenis innocentum pro noxa nocentum.* Eum ſine additis, quæ addi debebant, affero, eo quod non eſt in *Aproſiana*, neque mihi in ullo Bibliopolarum catalogo, ſed tantum in ſyllabo Advocatorum Conſiſtorialium p. 272. ſe obtulit. Interim in Bibliotheca *Cartaria* MSS. occurrunt 1. *Aliud de Jure, aliud de Conſuetudine.* Voll. *II.* 2. Concluſiones communes. 3. de Legitima ſolvenda per patrem vivente filio. 4. Reſolutiones. 5. Promtuarium Juris Caeſarei. 6. Notabilia. 7. Summa Cenonica. 8. Allegationes. 9. Promtuarium ad eruditionem. 10. Repetitiones. 11. Promtuarium Cautelarum. 12. Tract. de Falſis. 13. Promtuarium Criminale. Natus eſt Urbeveti, 1562. & Romae, ubi cauſarum patronum agebat, obiit 1594, annorum 32. in *Ara Coeli* ſepultus.

Jam revertendum eſt ad *Carolum* noſtrum, de quo diligentius, quam de ceteris, dicere debeo: quamvis non alienum ab inſtituto ſit, meminiſſe avi, Patris & patruorum. *Plutarchus* enim (apud *Turturetum* lib. I. cap. 9. *Horarum ſubceſivarum*

de Nobilitate Gentilitia, Lugduni per Ludovicum Proſt, 1624. 4. editarum, p. 47) *Illa familia bona eſt, in qua complures ſuis poſteris virtutes quaſi per manus tradiderunt: multi quippe in ea erunt homines egregii)* Noſter itaque an. 1633. quo patre ſe privatum videbat, laurea Doctorali ornabatur. Cum Principum *Barberinorum*, non ſolum ex paternis, ſed propriis etiam meritis, favore frueretur, annis quinque poſt, i. e. an. 1638. poſtquam ex obitu *Jo. Baptiſtae Conſalonerii*, hominis pii & magnæ eruditionis, officium Archivarii Pontificis pro tabulario Molis Hadrianae vacuum factum eſſet, illi quidem noſter, alia omnia cogitans, præfectus eſt. *Antonio Cerrio* Ticinenſi Advocato Conſiſtoriali, poſtea anno 1642. rebus humanis erepto, ſucceſſit, tandemque, elapſis quatuor annis, Decanus hujus Collegii, quod duodecim Advocatis abſolvitur, evaſit.

Lucem ejus cura viderunt *Deciſiones Archiepiſcopales Mediolanenſis Fori*, ubi accedit *Index & Diſputatio de Foro competenti adverſus Judices, adminiſtros, aliosque Eccleſiaſticos, Laicam Juriſdictionem perturbantes*. Hi Patris ſunt labores; & prelum exſpectant.

1. *Repetitiones variæ*. 2. *Reſponſa Civilia*. 3. *Reſponſa Criminalia ad defenſam Reorum*. 4. *Reſponſa Fiſcalia*. 5. *Promtuarium Canonicum. Vol. III*. 6. *Promtuarium Civile. Vol. II*. 7. *Promtuarium Civile alterum. Vol. V*.

Rector Collegii Romani, quod à *Sapientia* appellatur, tertium fuit, & prelo paravit

1. *De Romano Athenæo*. 2. *de Romanæ Rotæ Auditoribus*. 3. *de Cameræ Apoſtolicæ Clericis*. 4. *de Almæ urbis Senatore ac Hiſtoria Romana*.

Scripſit, ſed non ad prelum, ſequentia, quæ ideo addo, ut appareat, eum non fuiſſe otioſum, qui prædeceſſores tam induſtrios habuiſſet.

1. *Ephe-*

1. *Ephemerides Romanæ Curiæ ab. anno* 1642. Vol. IX.

2. *Coſmographiam Genealogico-Hiſtoricam de Statu Eccleſiaſt.* Ital.

3. *Bibliothecam Chartariam, ſive Indicem librorum curioſum, qui reperiuntur in Bibliotheca Caroli Chartarii, Sacri Conſiſtorii Advocati, & Archivi Apoſtolici Molis Hadrianæ Præfecti.*

Scripſit præterea *Vitam cœci oculati*, Eugubini, *Vincentii* nempe *Armanni*, (*b*) eruditiſſimi, quæ Volumen I. hujus epiſtolarum ornavit; & forte alia, mihi non nota. Neque tamen ignota mihi ſunt, quæ ex dono ejus in *Aproſianam* tranſierunt. Sunt illa:

1. *Advocatorum ſacri Conſiſtorii ſyllabum* Carol. Chartarius *ex urbe veteri eorundem Decanus, & Archivi Apoſtolici Molis Hadrianæ Præfectus exarabat.* Alma in Urbe, Superiorum aſſenſu, anno 1656. Zenobius Mazottus typis Cameralibus imprimebat. *Lat.*

2. *Hiſtoria antiqua Latina & tranſlatio ejus in Linguam Italicam martyrii S.* Petri di Parenzo, *Rectoris urbis Urbevetanæ, quod accidit anno M. C. XCIX.* publicata ab Anton. Stephano Chartario, Nobili Urbevetano. Urbeveti per Palmerium Jannotum, 1662. 4. *Ital.*

3. *Hiſto-*

(*b*) Præter epiſtolas *Armanni* exſtant ejuſdem libelli, qui mox inter libros a *Carolo Chartario* donatos n. 17. ſqq. commemorabuntur. Ceterum de eruditis cœcis ſingulares exſtant commentationes, v. c. *Henr. Auguſti Frickii* diſputat. Lipſ. 1715. 4. C. A. *Heumanni*, viri eruditiſſimi, Programma in Poecile Tom. I. p. 139, ſqq. p. 187, & 231. itemque *Theodori Cruſii* obſervationes in *Horis otioſis*, vernacula lingua editis Parte X. p. 23. ſeq. & p. 54. nec non Part. VII. p. 69. Omitto alios.

3. *Hiſtoria & Ichnographia Urbeveti.* Romæ apud Ludovicum Grignanum 1636. folio. *Ital.*

4. *Umbrorum plauſus Fulginiæ dictus in optatiſſima Seminarii erectione ſub auſpiciis & pietate Illuſtriſ. Antonii Montecatini, Comitis, Patricii Ferrarienſis, & ejuſdem civitatis Epiſcopi.* Fulginiæ, typis Auguſtini Alterii, 1650. in 4. *Lat.*

5. *Laurus Parnaſſi, in lauream Illuſtriſſ. Caroli Antonii, Comitis Abbatis Gabrielli*, per Vincentium Armannum, fol. *Ital.*

6. *Princeps Iride coronatus, ſive in Iridem, quæ prope Vaticanum effulſit fauſtiſſima die, qua Clemens* IX. *P. M. coronatus eſt.* Carmen exteinporale, traditum conſequenti die, ut SS. Pontifici exhiberetur. Autore Joan. Laurent. Luccheſinio, Lucenſi. Romæ typis Tinaſſii, 1667. 4. *Lat.*

7. Narratio Exſequiarum Funebrium, quas gens Hiſpana Romæ in memoriam Philippi III. Regis celebravit. Romæ per Jac. Maſcardum, 1622. 4. *Hiſpan.*

8. *De Chriſti aſcenſione ad Clementem* IX. *P. M. ipſo Aſcenſionis die Oratio habita in Vaticano anno* 1668, à *Dominico Galleſio*, Finarienſi, ſacr. Congregat. Indicis Conſultore, &c. Romæ typis Philip. Mariæ Mancini, 1668, in 4. *Lat.*

9. *Sapientiæ Prototypon*, Oratio habita in Romanæ Univerſitatis Lyceo ad literariam ineuntis anni exercitationem ſub auſpiciis D. Lucæ Evangeliſtæ feliciter proſequendam anno 1658, a *Dominico Galleſio.* Romæ, ut ſupra, 4. *Lat.*

10 *Archi Gymnaſii Romanæ ſapientiæ ab Alexandro* VII. *P. M. perfecti, luſtrati, conſecrati poſtridie Idus Novembris deſcriptio.* Scribebat Franc. Macedo. Romæ typis Jac. Drogondelli, 1661, 8. *Lat.*

11. *Defenſor redivivus, ſeu de ſacræ Conſiſtoria-*

lis

ſis Aulæ Advocatorum origine ac munere. Ex notis Joſ. Hortenſii & Jac. Gregorii, Fratrum de Rubeis, ejuſdem Aulæ Advocatorum, Romæ typis Ignatii de Lazaris, 1657, 8. *Lat.*

12. *De laudibus Leonis X. Concio funebris*, habita ad honorarium tumulum inter Anniverſaria ſacra in æde Sapientiæ. 8. Id. Februar. 1660, ab Jac. Albano Gibbeſio, Brit. M. D. publico Rhetore. Typis Dragondellianis, 1660, 4. *Lat.*

13. *Oratio de eligendo* S. P. ſede vacante poſt obitum Alexandri VII. ad Cardinales habita die 2. Junii 1667, a *Stephano Gradio*, Raguſino, Biblioth. Vaticanæ Cuſtode. Romæ typis Nic. Aug. Tinaſſii 1667, in 4. *Lat.*

14. *Iſaaci Peyrerii Epiſtola ad Philotimum*, quæ exponit rationes, propter quas ejuraverit ſectam Calvini, quam profitebatur, & librum de Præ-Adamitis, quem ediderat. Romæ A. S. Human. 1657, in 4. *Lat.*

15 *Joſephi Mariæ Suareſii Conjectura de libris de imitatione Chriſti eorumque auctoribus.* Romæ typis Jac. Dragonelli, 1667. in 4. *Lat.*

16. *Cartharium Sertum à Jo. Baptiſta Vannarelio Aſculano contextum.* Lat.

17. *Tranſlatio corporis S. Joan. da Lodi*, Epiſcopi Eugubini, deſcripta à *Vincent. Armanno.* Peruſii ex typogr. Camerali, 1648, apud hæredes Sebaſt. Zecchini in 8. *Ital.*

In eadem exſtat in eundem Prælat. eruditiſſimum, eloquentiſſimum & religioſiſſimum Panegyricus, cujus exemplum ſi Scriptores Panegyricorum imitarentur, *Scipioni Glareano* permitterent conſilium veſtigiis *Grillorum* inſiſtendi.

18. *Gionata*, h. e. *de vero amico Cerizierii*, tract. ex Gallico Italice converſus à Vincent Armanno, Eugubino. Romæ per Manelphum Manelphi 1649. in 12.

19 *Coecus adflictus*, ſeu *Threni Vincent. Armanni* ad Renatum Cerizierium: *Coecus ſolatio erectus*, ſive Conſolatio Renati de Ceriziers ad Vincent. Armannum, ex Gall. Italice a Dn. di Pellare. Romæ, ut ſupra.

20. *Anima ſupplex*, ex Latino Italice per Vincent. Armannum. Peruſi per haeredes Bartoli & Angelum Laurentium, 1642, 12.

21 *Trialuce*, Fabula Paſtoralis *Jo. Bapt. Chartarii*, à Carolo, filio ejus, dedicata Illuſtriſſ. Carolo Chartario, Decano Advocatorum Conſiſtorialium. Brixiae per Policretum Turlinum, 1655, in 8. *Ital.*

22 *Fortitudo Melitenſis*, defenſa à *Carolo Macra* della Valletta, contra calumnias *Hieronymi Bruſoni*, Apoſtatae frequentioris ab ordine S. Brunonis. Romae apud Dragondellum, 1667, in 8. *Ital.*

Vir hic eruditiſſimus, (quem primum Bibliothecae Alexandrinae Cuſtodem eſſe intelligo, fratrem *Dominici Macri (c)* Canonici, diffuſiſſimae eruditionis, & Cardinalis Brancaccii Theologi, cujus fama ſolis terminos exceſſit,) ſtrenui hujus Equitis nomen egregie celebravit, quod melius facturus erat *Franciſcus Vitellius*, Nuncius Apoſtolicus. *Chartarii* noſtri laudibus multorum libri referti ſunt: mihi vero dixiſſe ſuffecerit, doctiſſimum *Vincentium Armannum* in primo epiſtolarum ſuarum volumine centum aliis praeſtare.

II. CA-

(c) *Dominici & Caroli Macrorum*, fratrum, *Hierolexicum* Romæ 1677. fol. prodiit. Illi præmittitur Dominici Macri vita à *Marco Argolo* deſcripta.

II.

CAROLUS DATUS. (*d*)

Nobilis Florentinus, inter Academicos *Cruſcæ Smarrito* vocitatus. Ad eum ex merito celebrandum non minore opus eſt eloquentia, quam qua ipſe in ediſſerendis Magni Abbatis & Commendatoris *Caſſiani del Pozzo*, & Maximi Ludovici XIV. Galliarum Regis, laudibus uſus eſt. Qua quoniam me penitus ſentio deſtitutum, *Nicolaus Heinſius*, *Danielis* filius, Poëta idem & Criticus primæ notæ, pro me loquatur in dedicatione libri II. Carminum Italicorum p. 173. *Sanctam*, inquit, *mehercules! habebo ſemper Jo. Bapt. Donii memoriam non tam ſuo nomine, (& ſi hoc quoque) aut quod Freſcobaldos, Cavalcantas, Gaddios, Cultelinos, alios urbis veſtræ viros præcipuos, mihi conciliavit, quorum amicitiam feci hactenus, & faciam porro maximi, quam quod tibi me conjunxerit, mi Date, cujus opera in notitiam ac familiaritatem plurimorum apud vos hominum eximiorum mox irreperem. Nam ut Sereniſ. Leopoldum ab Hetruria prætercam, Principem omni laude cumulatiſſimum, cujus ſacras virtutes jejuna hac oratione profanari nefas ſit maximum; ut Jacobum Salviatum, Juliani Ducem, non tangam, Hetruſcæ poëſeos lumen immortale: quidni in te obſervem ac colam Strozzas fratres, Capponios, Rinuccinos,*

(*d*) Vitam hujus & ſcripta pluribus expoſita leges apud *Ant. Mar. Salvinum* in Faſtis Conſularibus Academiæ Florentinæ p. 539-560. *Creſcimbenium* in Commentario ad Hiſtoriam Poeieos vernaculæ Part. V. Vol. II. lib. 5. p. 339. & *Niceronem* in Memoriis ad Hiſtoriam Virorum illuſtrium Gall. editis, Parte XXIV. p. 300. Vita functus eſt an. 1675. 11. Januar. ætatis 56.

cinos, Oricellarios, Guidaccios, Marucellios, Giraldos, Ceſſinos, Ricaſulos, Cinos, Erminios, & quicquid præterea excellentium inter vos ingeniorum? Quorum conſuetudinem tibi partim Comiti Ferdinando del Maëſtro, viro diſertiſſimo, refero acceptum, & hunc quoque totum tibi. Quid de Valerio Chimentellio, homine omni literatura perpolito, dicam? Cujus hoſpitio amanter una nos exceptos cum anno proxime elapſo Piſas mecum te contuliſſes, meminiſti. Quid de Joanne Pricæo? qui ingens civitati veſtræ ornamentum ex ultima nuper acceſſit Britannia? Et p. 203. Epigr. II. ſequentia lego:

Pugillares eburnei Carolo Dato oblati.

Somniaque, & nugas cui credidit ante canoras,
Hoc tuus Heinſiades nunc tibi donat ebur.
Invidioſa manent viles, DATE, fata tabellas
Quas teret Aonio conſcia dextra Deo.
Sacra quibus Thuſcæ ſint committenda Thaliæ,
Mille quibus Charitum ſeria, mille joci.
Quod nitet argento, quod pagina dentibus Indis,
Candidior non eſt moribus illa tuis.
Gemmea, crede mihi, (ſi digno digna pararim)
Tam cultam deceant vix bene dona manum.

Valerius Chimentellius J. C. Profeſſor eloquentiæ & Politicæ in Academia Piſana, p. 86. *Marmoris ſui Piſani de honore Biſellii* ita:

Nec ſecus inter rariſſimos mihi numerandus, qui librum utendum permiſit Cl. & amiciſſ. D. Carolus Datus noſtræ flos illibatus urbis, Suadæque Etruſcæ medulla, quam omni literarum paratu quotidie auget, atque illuſtrat. Parum enim mereri putat, qui per ſe tam egregie meretur, niſi ad bene merendum de Republ. literaria alios quoque omni ope & conſilio adju-

juvet. Nihil ut minus ſuum habeat, quam, quod in uſum & gloriam eruditionis impendi poſſit; pene ipſum ſe ſibi ſubtrahens, nedum temporis aut operæ parcus.

Audivimus laudes ejus ex Ciſalpino aliquo, cui proximum eſſe volui Italum, cui idem præ ceteris multum tribuit. Addemus jam Ciſalpinum alium, qui quamvis regionem frigidiſſimi aëris habitarit, amore tamen calidiſſimo Italorum nemini conceſſit. Suaviſſimus is eſt *Bartholinus*, ex Anatomicis, quos adhuc terra tulit, maximus, qui tot egregiis inventisProfeſſioni ſuæ columnas ſtatuit inſcriptas: NON PLUS ULTRA, homo ita candidus & modeſtus, ut ſe ipſi malevolentiæ amabilem reddat. Is itaque in epiſtola, quæ Centuria IV. Epiſtolarum Medicinalium n. LXXXII. p.474. legitur, amicum quendam ipſi commendans, hæc ſcribit. *Nunquam alacrius mihi calamus decurrit, quam, cum tibi ſcribendum, adeo pronam mentem manumque experior, ubi tuorum meritorum recordor.* Et in ep. XXV. p. 102. de *Silva Epithalamica* quæ *Pax* in nuptias &c. inſcribitur, (titulum integrum mox daturus ſum) loquens; *Silvam tuam*, inquit, *Epithalamicam, cujus exemplar communicavit Scavenins noſter, tanta aviditate perlegi, ut univerſam devoraſſe viderer. Tanta majeſtate verba copulaſti, & acutos ſenſus, ut cunctos in admirationem conjeceris, etiam illos, qui præclariſſimæ linguæ veſtræ obſequio pollent. Nec credo noſtro ſæculo futurum, qui paria tecum in hoc genere ſit facturus.* Quod ſi vero laudatores ad unum omnes deeſſent, nonne muſa Imperialis Apollinis Aretini, *Friderici Nomii* inſtar mille ſufficeret? Notentur verſus ultimi Odes, quæ *Fortuna* inſcribitur, Parte I. Carminum Lyricorum p. 72.

Maraviglie non canto à Te, cui noti
CARLO, gloria di Flora

Nel

Nel fonte ſuo ſon di Zenone i detti.

Hic denique, qui Fr. *Angelicum* non aliunde quam ex ſermonibus *Lapi*, amici, cui itidem forte fortuna innotuerat, cognitum habebat, ſequentibus eum cimeliis donatum voluit.

1. *Proſæ Florentinæ* collectæ à *Smarrito*, Academico Cruſcæ Pars I. complectitur Orationes. Vol. I. Florentiæ 1661. 8.

2. *De laudibus* Commendatoris Caſſiani del Pozzo, Oratio C. D. Ibid. 1664. 4.

3. *Epiſtola* ad Philatethas *di Timauro Anſiate*, de vera hiſtoria cycloidis, & famoſiſſimo experimento Argenti vivi. Ibid. 1663. 4.

4. *Panegyricus* Ludovici XIV. dictus à C. D. Ibid. 1669. 4.

5. *Pax*, Silua Epithalamica, in nuptias Ludovici XIV. & Mariæ Thereſiæ, Auſtriacæ, tertium edita ibid. 1669. 4.

6. *Dice & Irene, gemellæ Themidis Deae*, ſilva in novam Coronarum, Galliæ & Hiſpaniæ, concordiam. 1668. 4.

7. *Vitae pictorum veterum ſcriptæ & illuſtratæ* à C. D. Ibid. 1667. 4. (Omnia *Ital.*)

8. *Apollonii Pergæi Conicorum lib. V. VI. & VII. Paraphraſte Abalphato Aſphahanenſi, nunc primum editi.* Additus in Calce *Archimedis Aſſumptorum liber*, ex Codd. Arabic. MSS. Sereniſſimi M. D. Etruriæ. Abrahamus Ecchellenſis Maronita &c. Latinos reddidit. Jo. Alphonſ. Borellus curam in Geometricis verſioni contulit, & notas uberiores in univerſum opus adjecit. Florentiæ ex typogr. Joſephi Cocchini ad Inſigne Stellæ 1661. fol.

III.

III.

CAROLUS FACCIUS,

Monte Regali oriundus, Legum Doctor.

1. *Virgo Triumphans*, & *Capricornus cornibus privatus.* (*e*) Apologia pro Comite Emanuele Theſauro, in defenſionem Inſcriptionis cujusdam ejus contra librum inſcriptum: *Capricornus.* Opus plenum eruditionis peregrinæ, quod tertium Inſcriptionum ejus volumen conficere poſſit. in fol. (*Ital.*)

2. *Caſtra Flandrica* deſcripta ab *Eman. Theſauro*, Comite Vol. IV. quo continentur

Sant 'Omero aſſediato e ſoccorſo.
Callò occupato e liberato
Ranty aſſediato e diſtrutto.
Cheldres aſſediato e ſoccorſo.
Caſtelletto aſſediato e forzato. *Anno* 1638. *fol.*

IV.

CAROLUS FERRANDUS,

Bibliopola Mediolanenſis.

Antipathia Gallorum & Hiſpanorum, opus jucundum & curioſum D. Caroli Garſiæ, ex Hiſpanico Itali-

(*e*) Hic liber, a *Faccio* donatus, procul dubio eſt ipſius *Emanuelis Theſauri*, qui & ſuimet vindicias ſuſcepit in libello Ψευδωνύμα: *Pareneſi di Franceſco Franchi al Dottor Capriata* 1668. 12. De eo lege *Villani* (i. e. *Aproſii*) *Viſiera alzata* n. XXIII. *Theſauri* hujus opera junctim tribus in fol. Voll. lucem viderunt Auguſtæ Taurinorum 1709.

Italicum per Clodium Vilopoggium. Mediolani 1635. in 12. (*Ital.*)

V.

CAROLUS GIANO,

Pignenſis, Rector Eccleſiæ Parochialis Bugienſis Diœceſeos Intemelienſis anno 1660. biduo ante obitum F. *Angelico* donavit libros ſequentes.

1. Parabola filii Glutonis profuſi atque prodigi, nedum venuſte, verum etiam utiliter & devote per Vener. P. F. Joannem Mederd, Ord. Min. Obſervantium Baſileæ concinnata & collecta pro totius anni præcipue Quadrageſ. Serm. accommodata.

Tetraſtichon F. D. Agricolæ.

Quem ſordes lux uſque premunt, quem turba malorum
Illecebris Mundi, frauſque petulca nimis;
Comperies Mundo cautum dogma, atque ſalubre
Edere, pellectus, quod tenet iſte liber.

Baſileæ apud Michaelem Furter 1510. 8. (*Lat.*)

2. *Chriſtiani hominis Inſtitutio adverſus hujus temporis hæreſes*, L. homiliis Quadrageſimalibus diſtincta. Auctore Stephano Paris, Aurelianenſi, Epiſcopo Abellonen. Pariſ. apud Vivantium Gualtherotium, 1552. in 4. (*Ital.*)

VI.

F. CAROLUS de COMITIBUS (de CONTI) DELLA LENGUEGLIA, (*f*)

Eques Hieroſolymit. Commendator. Savonenſis. Ne-

(*f*) Diſtinguendus hic eſt à *Carolo de Comitibus*, qui an.

Negari non poteſt, nobiliſſimam, hanc gentem patriæ gloriam egregie amplificaſſe, quia Ordini S. Joannis Hieroſolymit.ſeptem procreauit viros famæ celebratiſſimæ. Primus eorum fuit

Fr. *Philippus*, qui in bellis civilibus, Genuæ à Guelfis & Gibellinis excitatis, caput hujus Reipublicæ fuit conſtitutus.

Fr. *Anſelmus*, Commendator Genuenſis, Urbanum V. P. M. cum octo Cardinalibus ad ſe recepit, cum Avenione Romam tenderent. Ita ſcribit *Jacobus Boſius* lib. III. Parte II. 1360.

Fr. *Jacobus* a G. M. Lisleadamo miſſus fuit ad naves Ariadeni Barbaroſſæ obſervandas an. 1534. Auctor eſt idem Boſius, Parte III.

Fr. *Aleramus*, Prior Meſſanenſis. Cum Turcæ inſulam Melitenſem invaderent, tormentum bellicum majus ex ære hoſtibus iterum ereptum Vallettam feliciter reduxit. Hoc an. 1551. accidit, auctore eodem *Boſio* libro citato.

Fr. *Andreas* ſub Duce Sabaudiæ, Præfectus equeſtris militiæ, inter primos *Brigheraſcum* occupavit, & copiis ſuis in maribus Africæ barbaris magnam cladem intulit.

Fr. *Marcus Antonius* in occupanda arce *Torneſenſe*, inMorea, admoto portæ cuidam tormento, effecit, ut copiæ Melitenſes eam ſuam facerent. Tradit hoc Fr. *Salvator Imbroglia* in continuatione hiſtoriarum *Boſii*.

Quid vero dicemus de humaniſſimo noſtro Commen-

an. 1661. 28. Febr. natus diem obiit an. 1725. 23. Sept. Vide *Ephemerides Italiæ Literarias* Tom. XXXVII. p. 389. ſeq. & *Bibliothecam Italicam*, gall. editam, Tom. VIII. p. 145. ſeq. Alius eſt *Juſtus de Comitibus*, Senator Romanus, de quo eædem Italiæ Ephemerides Tom. XXXIV. p. 38. ſeq.

mendatore F. *Carolo*, adhuc ſuperſtite ? Ille quidem an. 1641. ſub Haſſiæ Landgravio, nunc Cardinale, & ſummo Claſſis Melitenſis Præfecto adfuit expeditioni, in qua famoſo piratæ, *Caracoggiæ*, ſeptem naves extorque vebantur. Securim is manu gerebat, qua funes nauticos amputaret. Quelque idem poſtea in commodum Sereniſſ. Reipubl. Genuenſis, etiam in Cretæ obſidione alia præſtiterit, ex ſequentibus literis conſtabit, quas hic deſcribere non gravabor.

Dux & Gubernatores Reipublicæ Genuenſium. (g)

Quæ nuper Fr. Carolus Lingviglia, Eques Hieroſolymitanus, obſequentiſſimæ voluntatis, præbuit documenta, injunctum properanter obiens munus, Genuam reducendi triremem Reipublicæ juſſu Chriſtianiſſimi Regis jure reſtitui decretam; ea ſane poſt varia rerum diſcrimina, quæ invida ſors ex elatis Tolonenſium animis excitaverat, omnibus tandem pacatis, ipſaque ad nos feliciter perducta uberius confirmavit, & auxit, ſingularisque prudentiae & ſagacitatis ſpecimen dedit. Cujus bene geſta ſicuti laude digna nos grato animo accepimus; ita ampliſſimo ſanctionis huiusce noſtrae teſtimonio, ut magis innoteſcant, cunctis votis placuit comprobare. In quorum fidem manu infraſcripti Cancellarii & Secretarii confirmari, ſigillique noſtri impreſſione muniri juſſimus. Dat. Genuae d. 25. Octob. 1652. *Horatius.*

Sequitur *Franc. Moroſini*, Reipublicæ Venetæ ſupremi militum Ducis epiſtola ſimilis argumenti, data *Cretæ* 26. Mart. 1669.

Il

(g) Epiſtola hæc *Latine* ſcripta eſt; ſicut proxime ſequens *Italice*, quam una cum alia, ibidem exſtante, tanquam ejuſdem argumenti, hic data opera omiſi.

Il Signor Commendator della Lengviglia ſi portò ſin dal principio della Campagna paſſata con le Galee Pontificie, &c. &c.

nec non alia *Catharini Cornari* Equitis & Reip. Venetæ Procuratoris marini Generalis ſcripta 30. Mart. 1669. in hanc ſententiam:

Propria dell' animo e della perſona è ſtata la reſolutione intrapreſa dal Sig. Commendatore della Lengveglia, &c.

Nonne vero commemorabo P. D. *Joannem Auguſtinum*, Congregationis Somaſcenſis? At de tanto homine ſine eloquentia, quæ ipſi propria eſt, dicere non licet. Scripta ejus *lippis & tonſoribus* nota ſunt. Itaque illorum facere mentionem ſuperfluum foret, niſi occaſio juberet aliquid ab eo donatum commemorare. Sufficit dicere, *Quadrageſimale* ejus oblivioni opera amici, D. *Geneſii Maſſantii*, ereptum, a *Clementia* jam regnante, inſtar fœtus ingenii rariſſimi, benevole fuiſſe collectum. Ceterum Eques hic generoſiſſimus donavit ſequentia:

1. *Enchiridion Medico-Aſtro-Chymicum, univerſam Medicinae theoriam complectens, ac Praxin poſt Anatomiam reſtitutam* Caroli Paggi, Patricii Genuenſis. Ulyſſipone ex prelo Anton. Cræsbeck a Mello 1664. 4. (*Lat.*)

2. *Novas ex Oriente relationes*, per P. A. Pariſ. 1667. 12. (*Gall.*)

3. *Novas Relationes* &c. cum accurata deſcriptione Aſiæ Minoris, ſive Natoliæ &c. Pars II. itinerum Poulleti ibid. 1668. in 12.

VII.

CAROLUS MORONUS, *(b)*

Canonicus S. Laurentii & Bibliothecar. Barberinia-

(b) Hic eſt, cujus honorifice meminit *Nic. Heinſius* in Syl-

rinianus. De homine hoc eruditiſſimo ſine hyperboles vitio dici poteſt, quod de *Longino*, Porphyrii magiſtro, *Eunapius Sardianus* in Vita Porphyrii p. 16. ſcripſit, eſſe ſcilicet βιβλιοθήκην ἔμψυχον, καὶ μουσεῖον περιπατοῦν. Quo tempore amicitiam cum Fr. *Angelico* contraxerit, ex hujus *Philotheca* intelligo. Illi enim hæc inſcripſit:

Amicitiae, quam tecum hodie inſtitui,
Clariſſime Aproſi,
Non me poenitebit: quam enim peperit
virtus, & continebit. Hoc opto
& voveo
CAROLUS MORONUS
Romae
Pridie Nonas Decembr. M. DC. LI.
A prandio, quod nobis vir ſummus
ALLATIUS *dedit.*
ΒΙΩΗΣ ΤΑ ΦΟΙΝΙΚΟΣ ΕΤΗ.

Benevolentiæ ejus debentur ſequentia:

1. *Rhythmi Franc. Petrarchae*, ex autographo ejus excerpti. Romæ apud Grignanum 1642. fol. (*Ital.*)

2. *Maphaei S. R. E. Card. Barberini, nunc Vrbani P. VIII. Poëmata.* Romæ ex Typogr. Rev. Cameræ Apoſtol. 1637. 12.

Qui vero mihi tempero a deſcribendo hic elegantiſſimo

Sylloge epiſtolarum a Viro præſtantiſſimo, & Muſarum elegantiorum ocello, *Pet. Burmanno*, edita, Vol.V. p.478. 479. 498. & 500. Ibi vaſtum Inſcriptionum opus poſt *Gruterum*, & Catalogum Biblioth. Barberin. moliri dicitur Confer Vol. III. ejuſdem Sylloges p. 175. 576. & 820.

tiſſimo tetraſticho, quod in laudem tanti Pontificis exhibet mihi *Athenaeum Poëticum* illius *Legati*, cujus Muſa, ſi Numen ei vitæ annos plures largiatur, effecerit, ut invidia ipſa cum invidis præ ira crepet? Injurius in illud eſſem, & libellum hunc meum gemma privarem, quæ immortalitatem illi conciliare poſſit.

URBANUS VIII.

Mellea mellita ſignaſti ſecula Muſa
Aeque inter citharas Maximus, atque thronos.
Fundere non poteras niſi mellea, ſi tibi dulces
Quos loquereris, APES *exhibuere favos.*

VIII.

F. CAROLUS PAICHOUX,

Auguſtinianus, ex Communitate Bituricenſe. Quoties olim *Magiſtri* Ordinis alicujus nomen appellari audiebam, perſuaſum mihi habebam, Typographorum prela illorum monumentis ingenii in lucem proferendis non eſſe ſuffectura. Nonnulli autem de eo à me interrogati reſpondebant, ſi non à *Julio Caeſare Crucio* (Croce) auctore famoſiſſimorum ſcriptorum, *Bertoldi* & *Bertoldini*, plus, quam quidem ab illis, exſcribendum acciperent, brevi fore, ut officinas ſuas clauderent. Benedicta itaque ſit illa Communitas, ubi non quidem tituli Magiſteriales audiuntur, ſed fœtus tamen ingenii, Magiſtris digni, producuntur. Videantur *Tertullianus*, *Homiliae*, *Vindiciae Quadripartitae pro D. Auguſtino & Auguſtinianis*, *D. Petri Chryſologi opera in locos communes*, *ſeu ſerta ſubtilium conceptuum*, *ſolidarumque rationum varietate ordine alphabetico digeſta*, quæ omnia *Carolo Moreau* debentur. Nec minus notari

tari merentur *Opera F. Caroli Moreau, Ord. Erem. S. Auguſtini, Communitatis Bituricenſis*, ut & *Orpheus Euchariſticus*, opus in varias &c. auctore F. *Auguſtino Cheſneau*, Communitatis, &c. ac denique *Martyrologium* & alia ſcripta *Lubini*.

Carolus noſter donavit

Theſin Auguſtinianam, ſeu S. P. Auguſtini Triumphum de Cornelio Janſenio, Epiſcopo Jprenſi, Quinque Propoſitiones aperto campo Movente, a Summis Pontificibus haereſeos, ut apud ipſum jacent, damnatas. Opera & ſtudio R. P. F. *Simeonis Lepage*, Auguſtiniani, Communitatis Bituricenſis, in S. Theologia Lectoris. Pictavii, apud Jo. Fleuriau, Regis & Academiæ Typographum. 1657. 8. (*Lat.*)

IX.

CAROLUS PANICELLUS,

Doctor Medicus Garbagnenſis, in Diœceſi Tortonenſi.

Tractatus de effectibus mirandis carnis viperinae ad corpus ſanum & a venenis immune praeſtandum, prolongandam juventutem, ſenectutem amoliendam, & multa mala immedicabilia averruncanda, cum aliis effectibus mirabilibus. Caroli Panicelli, Medici & Philoſophi. Florentiæ apud Simonem Ciottum 1630. in 4.

X.

CAROLUS RODULPHUS, (*Ridolfi*)

Pictor Vicentinus. Si præſens Sæculum, à reparata ſalute XVII. nihil aliud laude dignum haberet, hoc certe habet, quod multi operam ſuam excitandis mortuis, & monumentis eorum immortalitati conſe-

ſecrandis operam impenderint. Tales mihi videntur, qui *Bibliothecas* ſcripſerunt. Quot, quæſo te, viri, & literis & aliis virtutibus illuſtres, neglecti, & cimmeriis tenebris oblivionis tecti jacuiſſent, niſi famoſi hominum indefeſſorum calami morti eripuiſſent? Non neceſſe habeo ex Italia excedere. *Raphael Sopranes*, (*i*) vir nobiliſſimus & moribus candidiſſimus, anaſtaſin *Scriptorum Liguriae* provexit, & illud volumen in lucem protulit, quod, non obſtante illa tyrannide, quæ eum non ita pridem abſtulit, faciet, ut æternum vivat. Quo in opere illi ſe junxit *Michael Juſtinianus*, (*k*) Abbas, vir de Republica Literaria meritiſſimus. Quod interim ad Scriptores illius Ligures attinet, vereor, ne quis, qui primas ſeptem alphabeti literas illum perſecutum tantum eſſe noverit, (*l*) dicat: *Iſte homo cœpit aedificare, & non potuit conſummare.* Dubium mihi non eſt, totam commentationem penitus eſſe abſolutam: verum

Deficiente pecu, *deficit omne* nia.

Regium eſt, libros auguſta charta & formis lucuentis exſcribendos facere. Ego vero eadem pe-

(*i*) Prodiit liber Ital. Genuæ 1667. 4. ſub titulo: *Li Scrittori della Liguria, & particolarmente della maritima.*

(*k*) Titulus eſt: *Elenchus Scriptorum Ligurum* Rom. 1667. 4. Latine uſque ad literam G. Pars II. vero usque ad finem alphabeti Italice: *degli Scrittori Liguri.*

(*l*) Scilicet, cum hæc ſcribebat auctor, prior operis pars tantum lucem viderat, quam poſterior deinde Italica lingua excepit. Omitto hic de aliis ejusmodi Scriptoribus, ad hiſtoriam Italiæ literariam ſpectantibus, quicquam addere. Hac enim opera more ſuo egregie defunctum eſſe video diligentiſſimum Fabricium noſtrum in Conſpectu Theſauri Literarii Italiæ, Hamburgi 1730. 8.

cunia, quam ille libro dimidio imprimendo impendit, eundem integrum in lucem etiam producturus. Exiguus pannus veſtibus magnis conficiendis non ſufficit. *Ludov. Jacobillus*, Fognienſis, Umbris hanc operam præſtitit, *Ovidius* autem *Montalbanus* aliis viam ſtravit, qua de Scriptoribus Bononienſibus commentari diligentius poſſint. *Anton. Libanoro*, Abbati, *Ferraram auream* debemus. Eam *Apoſianae* promiſerat, in qua cum non compareat, ejus hac occaſione memini. Idem præſtiterunt etiam alii. Spero etiam, M. F. *Jacobum Florellum* (Fiorelli) Provincialem Venetum, de quo ſupra diximus, ad ſtudium ſuum in patriam teſtatum facie ndum, (in cujus gloriam jam *de Dictis & Factis Venetorum Illuſtrium* commentatus eſt,) *Scriptores* quoque, pro exiguo illo, quod a docendo ipſi ſupereſt, otio, non eſſe neglecturum. Similiter nec Pictoria ars, vel generatim vel ſpeciatim enarranda, relicta eſt. De *Genuenſibus* Pictoribus diligenter ſcribere aggreſſus eſt candidiſſimus *Sopranes*. Commentarium ejus, effigiebus præſtantiſſimorum artificum à *Dominico Piola*, novo Apelle, delineatis, ornatum & ad prelum paratum, ante aliquot menſes in manibus habui. Sic *Carolus Caeſar Malvaſia*, Comes, vir Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Canonicus Cathedralis in patria, Publicus Legum lector, & in Academia *Gelatorum* planeta ſplendidiſſimus *Bononienſibus* deſcribendis calamum ſuum deſtinavit. In hujus laudem legatur Pygmæus canorus Muſæ Giganteæ, poëta quidem mutus, ſed pictor eloquens, *Philip. Ottani* p. 16. editionis Bononienſis apud Ferronum 1669. En verſus!

CARLO, figlio di Febo,
Sembri per ciò, che la tua mente appreſe
Ma que' raggi, che acceſe

In

In te Virtù, voglion ch' io ſcorga eſpreſſo,
Che tu ſei Febo ſteſſo.

Pro *Cremonenſibus* idem molitur *Laurentius Legatus*, Profeſſor Græcarum literarum publicus Bononienſis. Quemadmodum vero hi cum aliis de patria ſua fuerunt ſoliciti, ita *Jo. Baptiſta Brocchus*, Florentinus, Sacerdos moribus optimis, idem regionibus omnibus præſtare inſtituit. *Rodulphus* autem noſter ſequentem librum ſcripſit & F. *Angelico* donavit:

Miracula Artis, ſive Pictores illuſtres Veneti, eorumque res, ubi opera eorum inſignia, mores-que deſcripti una cum ipſornm effigie exhibentur. Accedit narratio hiſtorica de fabulis, &, quæ ſub illis latent, praeceptis moralibus, quas idem depictas dederunt. Auctore *Carolo Rodulpho*, Equite. Venet. per Jo. Baptiſt. Sganam, 1648, 4. *Ital.*

Per amicitiam, quam cum Fr. *Angelico* fovebat, ejus quoque effigiem delineandam ſtatuebat. Propterea *Bonifacius*, pro humanitate ſua, ſequenti eam celebravit hexaſticho:

Peniculus mirus, virgamque Prometheos æquans
Dat vitam telæ, ceu dedit illa luto.
Hanc tamen effigiem poterit delere vetuſtas,
Cujus & invictos dens adamantas edit.
*At licet ANGELICI iconas * conſumere poſſit,*
Quas animat chartas exanimare nequit.

Sic & *Cæſar Zaretti*, Doctor Medicus Juſtinopolitanus, meritis inſignis, de quo ſuo loco dicemus, aliud hexaſtichon non minori, niſi forte majori, ingenio effinxit in hanc ſententiam:

* Sic editum eſt.

APROSII mortale vides, hæc illius ora,
CAROLUS, hos oculos, has jubet eſſe manus.
Immortale latet, quod ſi cui forte liceret
Pingere, ni pingas, CAROLE, nullus erit.
Sola poteſt, calamo quæ ſola aptatur utrique,
Pingere, & APROSIUM ſcribere docta manus.

Num denique accutiſſimum diſtichon aureæ Muſæ magni *Joſephi Baptiſtæ* omittere fas eſt? Injurius ſane forem in Poëtam, Pictorem & F. *Angelicum.* Legitur illud p. 125. editionis II. Neapolitanæ:

ANGELICUM graphice pinxit tua dextera: Lethe
Hac nunquam tabula mergere te poterit.

Præter illam ejus effigiem donavit eidem duas tabulas, quarum altera *Chriſtum ſpinis coronatum*, altera *Virginem mærentem* exhibet. Repoſitæ illæ ſunt in ſacrario Communitatis illius, cum Conſtitutionibus adverſari videretur, ſi eas in Muſeo ſuo collocaſſet.

Bonifacius in utramque ita ludebat carmine:

In priorem.

Ars tua naturam ſuperat: ſub imagine Chriſti
Stare, RODULPHE, poteſt vitaque morſque ſimul.
Vivere nec Deus incepit, nec deſinet unquam,
Et Deus hic vivax incipit ecce mori.
At pro morte ſibi calamus quam Daedalus infert
Dat quatuor vitas mortuus iſte tibi.
Dum creat & redimit, duplicis te munere vitæ
Donat, in hac tabula tertia vita tibi eſt.

Auctor

Auctor opuſque tuum tandem morietur; at expers
Mortis apud ſuperos ultima vita manet.

In poſteriorem.

Virgo dolet Genitrix; Genitrix niſi Virgo doleret
Tota hominum ſemper gens dolitura fuit.
Lætitia & riſus cunctorum hæc unica Virgo eſt,
At dolet illa tamen, plorat & illa tamen.
Quodque fleant riſus, doleant quod gaudia noſtra,
Portentum eſt pennæ, magne RODOLPHE, tuæ.
Riſibus immoritur Zeuxis; ſed luctibus ipſe
Vivis, & es lacrymis lætior ipſe tuis.

XI.

CAROLUS SEPTALIUS, (*Settala*) (m)

Epiſcopus Dortonenſis, filius *Ludovici* (n) illius *Septalii*, qui anno ætatis 16 præſente Cardinali, & Archiepiſcopo S. *Carolo Borromæo*, non ſine hujus & aliorum auditorum admiratione, Theſes quaſdam Philoſophicas publice defendebat: cujus proinde laudes celebrant *Hieron. Ghilini*, Abbas, Alexandrinus, Vol. I. Theatri hominum eruditorum p. 151. & *Laurent. Craſſus*, Advocatus, Parte II. *Elogiorum eruditorum* p. 279. Frater erat *Manfredi*, qui non

(m) De *Carolo Septalio*, *Philip. Picinellus* in Athenæo eruditorum Mediolanenſium, p. 178. qui & de aliis, illi cognominibus, quorum nonnullos noſter h. l. adfert, commentatur.

(n) De *Ludovico* idem *Picinellus* p. 398. diligentius vero *Ludov. Corte* in Notitiis Hiſtoricis Medicorum Mediolanenſium p. 137 – 146. Ex noſtratibus legenda quoque fuerit *Bibliotheca Fabriciana* Part III. p. 482.

non habet, cur invideat ſuperiorum ſæculorum Dædalis. Ex hac occaſione non poſſum non commemorare, quod legitur in *Vigiliis Capricorni* (*Ital.*) *Notis tumultuariis Pauli Genarii ad epiſtolas heroicas poëticas Laurentii Craſſi, Advocati Neapolitani*, ſuper v. 30. epiſtolæ VIII. ab *Orode ad Senatum Romanum* ſcriptæ. Vide p. 198. verſu penultimo. *Inter cetera ejus artificia* (de *Dædalo* loquitur) *admiratione digna ſunt ſtatuæ, quæ ſe ipſas movebant. Socrates apud* Platonem *in* Memnone, *ſive de virtute* p. 18. col. 2. *edit. per Anton. Vincentium* 1567, *fol. ex verſione* Ficini, *ita de illis*: Hae niſi ligentur, diſcedunt atque aufugiunt, ligatæ permanent. *Neque tamen habemus hodie, cur illis ſæculis invideamus, quandoquidem MANFREDI SEPTALÆ* (*o*) *Canonici, fratris CAROLI, qnem Epiſcopum Marchionem & Comitem Dertonenſem, Prælatum eruditiſſimum, veneramur, tanquam novi cujuſdam Dædali, induſtriæ non diſſimilia debemus, quæ & oculis videre, & manibus palpare licet. Cognita hæc habent illi, quibus MUSEUM ejus egregium conſpicere datum fuit. Qui autem non vidit, notitiam ejus haurire poteſt ex libro illo, cujus mentio ſupra fit in epiſtola* 2. *Lucretiæ ad Senatum Romanum ad v.* 40. *ubi de* Urſa *doctiſſimi Terzagii.* Cum F. *Angelicus* Dertonam proficiſceretur, cultum illi ſuum teſtaturus, poſtquam jam ante in Diœceſi ejus conciones habuiſſet, parum aberat, quin offenderetur, cum ex eo intelligeret, quod *Mediolanum* nunquam viderit. Maculam itaque hanc abſterſurus abibat eo, operamque & ſumtus itineris bene collocatos exiſtimabat, *Ambroſiana* & *Muſeo Septaliano* conſpectis. Propugnacula enim & munita loca penſi adeo non habebat, ut illa potius militibus relinquenda cenſeret. Noſter cum totus

in

(*o*) Vide *Picinellum* l. c. p. 406.

in eo eſſet, ut præclariſſimæ urbis totiuſque Diœceſeos gloriam amplificaret, nulli operæ nec ſumtibus parcebat, atque adeo P. D. *Philippum Tintum*, Barnabitam, hominem religioſiſſimum, adducebat, ut *Dertonam Sacram* & *Profanam* deſcribendam ſibi ſumeret. Quod opus eo jam provectum exiſtimo, ut intra breve tempus prelum & operas exercere poſſit. Si enim ad umbilicum nondum fuerit perductum, velim eum meum imitari exemplum. Ubi enim in hoc libello literam C. profligavero, animus eſt, non ultra pergere, ſed reliqua in aliud tempus differre. Ut vero (Fr. *Angelicus*) beneficiis ſuis onuſtus abiret, ſequentibus eum libris donavit:

1. *Muſeum Septalianum Manfredi Septalæ, Patricii Mediolan. induſtrioſo labore conſtructum*, Pauli Mariæ Terzagi, Mediolanenſis Phyſici Collegiati, geniali laconiſmo deſcriptum, politioris literaturæ Profeſſoribus erudita humaniaate adapertum, &c. Dertonæ, typis filiorum Eliſæi Violæ, 1664, in 4. *Lat.*

2. *Muſeum*, aut Periſtylium, doctrina & ſtudio Canonici Septalæ congeſtum; latine deſcriptum a Paulo Maria Terzago, nunc autem Italice converſum & auctum à Pet. Franc. Scarabello, Phyſico Viguerino. Ut ſupra 1666. in 4.

XII.

CAROLUS SPERONUS,

Nobilis Genuenſis, Intemelienſis, ubi familia hæc per aliquod tempus egregie florebat. Inſigni valebat & præſentiſſimo ingenio, ejuſque edebat ſpecimen, cum præſente Sereniſſimo Senatu, & Nobilium Genuenſium cœtu, eo die verba facere deberet, quo *Franciſcus Garbarinus* Dux erat electus. Quod cum fieri in illa urbe non ſoleret, pri-

mus

mus ille periculum hujus provinciæ faciebat, homo cetera de patria meritiſſimus, quod ex ſequente libro, quem *Aproſianæ* donavit, ſine exceptione conſtat.

Magnitudo regia Sereniſſ. Reipubl. Genuenſis, Hiſpanice deſcripta, à D. Ludov. de Gongora, Alcaſar & Pempicileon, deinde vero per Carolum Speronum, Nobilem Genuenſem, Protonotarium Apoſtolicum, Doctoremque S. Theologiæ, & Juris utriuſque Italice converſa & aucta. Madriti per Joſeph Fernandez de Buendia, anno 1665, & Genuæ per Joan. Baptiſt. Tiboldum 1669, in fol. (*p*)

XIII.

F. CAROLUS. ANTON. CHIESA,

Cuneas, frater *Didaci Chieſa*, Epiſcopi tandem Nizzenſis, S. Theol. Magiſter, qui novitium una cum F. *Angelico* olim, deinde vero quatuor poſt ipſum annis Vicarium Generalem Congregationis agebat. In amicitiæ argumentum donabat illi ſequentia:

1. *Epitome Joannis Stobæi Sententiarum, &c.* per Conr. Lycoſthenem, Rubeaquenſem. Baſil. apud Nicol. Bryling. 1557, 8.

2. *Juſti Lipſii Epiſtolica inſtitutio*, cum Demetrii Phalerei ejuſdem argumenti ſcripto. Lugduni Batav. ex officina Plantiniana, 1591, 8.

3. Ejuſdem *de una religione adverſus Dialogiſtam liber*, in quo tria capita lib. IV. Politicorum explicantur. Ut ſupra.

4. *Ja-*

(*p*) Lege de hoc libro *Villanium* i. e. *Aproſium*, in *Viſiera alzata* n. XXV. atque hinc B. *Placcium* in Theatro Pſeudonymorum p. 320. Inde conſtabit, ipſum *Speronum* libri eſſe auctorem.

4 *Jacobi Garantæ, Cuneatis Doctoris Philoſophi & Medici Decadum Medico-Phyſicarum liber I.* de natura auri arte facti num ſit pharmacum cordiale. Liber II. *de morſu canis rabidi.* Liber unicus *de natura viſionis*, in quo demonſtratur, viſionem fieri extramiſſione, & difficillimorum morborum, oculos afficientium, facillimam tradit cognitionem, & curationem, apud Chriſtoph. Strabellam, 1623, in 4 (*Lat.*)

XIV.

CAROLUS ANTONIUS, Comes MANZINUS. (*q*)

Conſtat ex ſacris literis, filios *ſcintillæ*, *lucernæ* aut *luminis* nomine appellari ſolere. Exemplis id firmare operæ pretium non duco, qui annotationes aut commentarios non ſcribam. Videatur interim *Ferdinand. Quirinus de Salazar*, Interpres eruditiſſimus, in Proverb. Salomonis Tomo II. cap. 10. v. 20. p. 120. n. 71. Hoc poſito liceat mihi dicere, Patrem Marchionis *Jo. Baptiſtæ Manzini*, Equitem & Commendatorem Ordinis S S. Mauritii & Lazari, & Comitum, *Caroli Antonii*, & *Ludovici*, fratrum germanorum, non quidem tres *lampadas*, quippe quæ exiguum lumen ſuppeditent, produxiſſe, ſed tres potius doctrinæ non vulgaris *ſoles*, quorum eruditione, tanquam radiis lucidiſſimis, Reipublicæ literariæ regnum univerſum ſit illuſtratum. Notiſſimum eſt, in omnibus eruditorum libris non ſine encomiis eorum fieri mentionem. Dum vero mihi de *Carolo Antonio*, Comite, tanquam

(*q*) Vide *Gregor. Leti* in Italia Regnante Parte III. lib. II. p. 155. ſeqq. & Memorias Academiæ Gelatorum p. 94. ſeqq.

quam munifico Aproſianæ patrono, dicendi occaſio naſcitur, non poſſum non adferre hic diſtichon illius *Legati*, qui ſine facta vi animos *ligat* illorum, qui non ſunt *Timones*.

Doctor, Comes & Eques Carolus Antonius Manzinus
ANAGRAMMA.
D. Laurentii Legati Cremonenſis.
- - - - - - - quæ ſit Natura Cometis,
Tu ſolus, MANZINE, doces.
DISTICHON.
Tu ſolus, Manzine, *doces, Natura Cometis*
Quæ ſit; pro Elogiis ſic tibi Nomen erit.

Dona Equitis nobiliſſimi iſta ſunt:

1. *Cometæ.* Diſſertatio Car. Anton. Manzini, Comitis, occaſione cometæ, qui 1664, menſe Decembri, & 1665, menſe Januar. comparuit, & duarum *halonum* ſive *coronarum*, alterius Solaris, Lunaris alterius, tunc ibidem viſarum. Bonon. per Jo. Bapt. Ferronum, 1665, 4. *Ital.*

2. *Perſpicillum oculi, Dioptrica practica:* ejuſdem; ubi agitur de Luce, Refractionibus radiorum, oculo, viſione, & praeſidiis, quae oculis ad ea, quae alioquin non poſſent, videnda afferri poſſunt. Traduntur quoque regulae & praecepta de fabricandis cujuſque generis perſpicillis, & tubis ad obſervandos planetas, ſtellaſque fixas in terra & mari accommadatis, & aliis inſtrumentis, quae res perſpiciendas millies majores ſiſtunt. Bononiae, per haeredes Benaccii, 1660, 4. *Ital.*

3. *Stella Gonzaga*, ſive Geographica ad Terrarum Orbis differentias: Tractatus Comitis C. A. Manzini. Bononiae, typis haeredum de Duccii, 1654, in fol. *Lat.*

4. *Duellum deſpectui habitum*, ſeu de offenſa & ſatisfactione, ejuſdem; ad componendas controverſias

ſias, quae inter Equites & viros nobiles alios intercedunt, componendas. Florent. apud Franc. Onuphrium, 1669, in 12. *Ital.*

Academicus is eſt *Apathiſta* Florentiae, & *Animoſus* in illa Academia Bononienſi, quae *Nox* vocatur. Ejuſdem calamo debentur praeterea:

Aſtrorum ſimulacra, Epigrammata. Bonon. apud Nicol. Tebaldinum, 1624, 8. *Lat.*

Tabulae primi Mobilis, quibus nova dirigendi ars traditur. Apud eundem, 1626. 8.

Apparet id ex Bibliotheca Bumaldi p. 47.

XV.

CAROLUS BARTHOLOMÆUS TURRIUS, (*Torre*) (r)

Mediolanenſis, Canonicus Nobilis Collegiatae S. Nazarii Mediolanenſis. Cum F. *Angelicus* Mediolanum proficiſceretur, & virum hunc eruditiſſimum partem ex ſermonibus D. *Minozzii*, ſibi amici, partem ex nonnullis ejus ſcriptis, quae jam poſſidebat, (aſteriſcis hic notanda, ut diſtingui ab iis poſſint, quæ dono ejus debet) cognitum haberet, apud animum conſtituit, ad eum inviſere. Ille itaque reliqua omnia, quibus carebat, dono illi dedit. Sunt autem

1. * *Regina infelix* Caroli Torre, libri IV. Venetiis per Jac. Sarzinam, 1640, in 12. Hic liber primum prodiit Mediolani anno 1639, per Ghiſolphum, & 1661. recuſus eſt Venet. per Alexandrum Zattam in 12.

2. Ejuſdem Pars II. libris IV. per eundem 1662, in 12.

3. *Numi*

(r) Lege *Picinelli* Athenæum Mediolan. p. 131. & *Villanium*, ſive *Aproſium* noſtrum in *Viſiera alzata* p. 40.

3. * *Numi militares.* Poëma Heroicomicum. Venet. per Juntas, 1640, in 8.

4. *Rex expulſus.* Mediolani per Ghiſolfos, 1643, in 12.

5. *Rex Tyrannus.* Ibid. per eundem, 1642, in 12. recuſ. Romae eadem forma.

6. *Caſtigatio injuſta*; ſive, tres fratres expulſi ab Hebraeis. Ibid. per Monzam, 1657, in 12.

7. *Triumphus Poenitentiae.* Ibid. 1659, 12. & Romae per Joſeph. Corvum, ut ſupra.

8. *Divitiae Contemtae.* Ibidem per Ghiſolfos, 1658, in 12.

9. * *Cleopatra*, Drama Muſicum Marii Hectoris Korobellae. Per Monzam, 1653.

10. *Poenitudo*, cum monialem indueret Dn. Marſilia Baſgapé. Per eundem, 1654, in 12.

11. *Speculum animarum religioſarum*, h. e. Vita B. Veronicae, Monialis Monaſterii S. Marthae Mediolanenſis, deſcripta à Carolo Torre. Per Monzam, 1652, in 8.

12. *Peregrina exaltata*, ſive Regina Eſther, Drama ſcenicum. Apud eundem, 1656, in 12.

13 *Mariamne.* Drama Scenicum Clearti Rò. Ticini, per Joan. Andr. Magri, 1666, in 12. (omnia *Ital.*)

Nonnulla horum alia quidem nomina referunt, ſed omnia tamen praeſtantiſſimum *Turrium* habent auctorem, in cujus laudem ſuffecerit mihi afferre, quae *Ovidius Montalbanus*, vir immortalis memoriae, de eo tradit lib. II. Tract. II. cap. 3. *Dendrologiae* ſuae, ubi de *Cydoniis* vel *Cotoneis Malis*, Tit. *Fabulae* p. 563. ex occaſione verſuum *Chryſomeleidis* aureae diſertiſſimi *Legati* n. 416.

Arma tamen Toga vincit, ubi facundia TURRI
Regnat, & in ſacra concinit alta Toga.

ita

ita ſcribit: *Chryſocomemque ſuam ad uſque Mediolanum comitatus*, Carolum Turrium, *multi nominis Poëtam &c*, Et cap. *VII.* ubi de *Sorbò*, ex occaſione verſuum *Agriomeleidis* p. 650.

Inſubriae Heroas quoque Serbellona propago
Fert, ubi dat noſtrum Pindica Turris *Epos.*

ſcribit: *Rariſſima quoque literis non minus ac aliis ſplendoribus eſt Serbellona Mediolanenſis, cujus ideo mentionem praeterire noluit* Legatus, *eruditiſſimum ea occaſione memorans amicum Poetam*, Carolum Turrium, *pariter Mediolanenſem inſignis ibi Collegiatae S. Nazarii Canonicum.*

XVI.

CAROLUS CONSTANTIUS COSTA.

Rapallenſis, Doctor Medicus, egregii vir ingenii, à quo eximii foetus exſpectari poſſunt.

Aſtrologus non Aſtrologus, & Amores turbati. Comœdia D. Ottonis Lazari Scacci. Genuæ per Pet. Joan. Calenzanum, 1665, in 12. *Ital.*

XVII.

CAROLUS JOSEPHUS ORRIGONUS.

Lacrymæ mihi, de erudito hoc Mediolanenſi ſcripturo, oboriuntur. Vir magnus erat, imo, ſi ætate *Jo. Pierii Valeriani* vixiſſet, & hic ipſi fuiſſet ſuperſtes (Academici *Cruſcæ* veniam hujus barbariſmi mihi faciant, nec ſuccenſeant illis, qui me imitari voluerint) non omiſſurus eum erat ex libello, quem *de infelicitate literatorum* conſcripſit. Enimvero ita ſcribere impetus me jubet. Iſte quidem

exiguum libellum ſcripſit: ſi vero *Apronio Glaceſio* ſcribere volupe eſſet, volumen ille de hoc argumento daret, quod longe amplius & majus eſſet *Dictionario Eruditionis Scholaſticæ Baſilii Fabri*, ab *Auguſto Buchnero* locupletato; imo majus altero illo Dictionario Hiſtorico, Poëtico & Geographico *Caroli Stephani*, iterum iterumque edito Poneropoli & Francofurti, nuper autem Oxonii recuſo. Titulus eſt: *Dictionarium Hiſtoricum, Geographicum, Poëticum: auctore Carolo Stephano*, editio noviſſima; *cui præter collium, ſilvarum &c..* Recenſuit, ſupplevit, locisque pene infinitis emaculavit *Nicolaus Lloydius* Oxon. 1671. in fol. Cum vero ex præfatione commodi aliquid percipi poſſit, particulam ejus quandam hic deſcribendam exiſtimo. (s)

Anni jam elapſi ſunt compluſculi, Lector humaniſſime, ex quo notas quaſdam Geographicas, &c. *Lloydius* locum promereri mihi videtur in libro *Bernardini Pinii*, quem *Galant' huomo* inſcripſit. Cum enim utilitatem *Dictionarii Stephaniani* perſpectam haberet, amiciſſime illi ſuccurendum ſtatuit. Aliter vero ſenſit *Jo. Henricus Boeclerus*, quando in *Diſſertationibus* ſuis *Academicis*, Argentorati, 1657, in 8. editis, vel, ut rectius dicam, in Appendice Diſſertat. III. de Lexicis p. 112. ita ſcribit: *De Calepino nihil dicam, qui à tenuibus initiis & vitioſis etiam annotationibus novi ſubinde editoris cura in magnum volumen proceſſit. Qui fruges ignorant, iis glandes quoque ſapiunt, inter quos forte reponas licet, qui credunt, Paſſeratium, doctiſſi-*

(s) Quam cupide in alia omnia excurrere libuerit libri hujus auctori, vel hæc docent. Vide tu interim de *Calepini & Fabri* Lexicis ampliora apud *Morhofium* in Polyhiſtore Tom. I. lib. IX c. 4.

doctiſſimum virum, aliquid operæ Criticæ contuliſſe, ſicut Bibliopolæ, ſui quæſtus cauſa, præſcribere auſi ſunt. Sic etiam *Caſp. Scioppius* in *Conſultationibus de Scholarum & ſtudiorum ratione, deque Prudentiæ & Eloquentiæ parandæ modis,* Patavii apud Paulum Frambottum 1636, in 12. p. 88. poſtquam de Gloſſariis *Philoxeni* & aliis, cum notis *Bonaventuræ Vulcanii* editis, Gloſſis item *Iſidori*, Theſauro Linguæ Latinæ, & aliis eſſet locutus, ita pergit: Ambroſii Calepini *Lexicon quovis ſuperiorum eſt deterius, etiam illud, cui avaritia Typographi nomen* Joan. Paſſeratii *cum maxima doctiſſimi viri injuria præſcribere nihil dubitavit.* Enimvero cum *Scioppius*, & cum eo *Bæclerus*, cognitum haberet, *Calepinum* tot laborare defectibus, cur non ad *Lloydii* exemplum illi mederi inſtituerunt? Non ſane zelo, ſed invidia, ducti ita uterque pronunciarunt. Rabie fremebant maligni, quorum ingratiis *Calepinus* ſemper *Calepinus* erit. Paulo poſt idem: *In Fabri Theſauro plus doctrinæ eſt; cui copiam, limam addidit ſingularis induſtria & doctrina* Cl. Buchneri, *qui ex opuſculo Opus dedit.* Dubium non eſt, optimum hunc eſſe librum, cujus ſequens eſt titulus:

Baſilii Fabri, Sorani, Theſaurus Eruditionis Scholaſticæ, &c. Francofurti & Lipſiæ, 1664. fol.

Liber hic, quoad conjectura aſſequi poſſum, prima vice Heidelbergæ apud Vegelinum, & Lipſiæ apud Voigtium, 1612. fol. prodiit. Nec novi aliam ejus præter modo dictam anni 1664, editionem exſtare. Contra vero illud Fr. *Ambroſii, Truſardi* Comitis *Calepini*, filii, Fratris Auguſtiniani, primum prodiit Venetiis ex officina Pet. Lichtenſtein. an. 1509. in fol. cum præfatione, ex quo religioſam ejus modeſtiam perſpicere licet. Cumque illa in ſequentibus editionibus non ſine ſacrilegio quodam ſit omiſſa, unam alteramve periodum

O 2 hic

hic deſcribere non gravabor. Ad Senatum & Populum Bergomenſem ita ſcribit: *Plures anni ſunt, ex quo vel à profanis, tum veteribus, tum recentibus; vel à Catholicis, & his ſane doctiſſimis, ſanctiſſimiſque viris, complurimas dictionum interpretationes, quae mihi ad pernoſcendas auctorum ſententias idoneae viderentur, excerpere atque in unum cepi cogere.* Et paulo poſt: *Neque vero eo vel temeritatis vel dementiae redactus ſum, ut bonarum artium ſtudioſis ſatis me facere poſſe exiſtimem; quando nemo, licet ſapientiſſimus, id unquam praeſtare potuerit; certoque ſciam, me nec tanto ingenio, tantave literatura praecellere, ut, quae à Nonio Marcello, Feſto, Pompejo, Pediano, Servio, Donato, Varrone, ceteriſque Latinae Linguae luminibus elucubrata fuerint, ego ipſe magis religioni dedicatus, quam cuipiam diſciplinae, clarius aut enucleatius ſcribere poſſe confiderem. Verum, quia in praeſtantiſſimis illis literarum Antiſtitibus plurima deſiderabantur, ego, ut communi ſtudioſorum utilitati conſulerem, ac meis pro viribus ſuſcepti muneris officio cumulatiſſime ſatisfacerem, ea carptim ex omnium pene diſciplinarum monumentis expromere conatus ſum: multa contra Laurent. Vallam, contra Priſcianum, alioſque auctores, praeſtantiorum auctoritate nixus. Plus enim apud me Ambroſii, Hieronymi, vel Auguſtini gravitas & doctrina valet, & Graecorum quam Laurentii Vallae ſtudioſa reprehenſio. Id autem bene maleve ſim aſſecutus, judicent alii. Hoc unum affirmare auſim, noſtrum hoc opus & vocabulorum multitudine, & praepoſitionum interpretamento, & auctorum citatione, ordineque dictionaria cuncta ſuperare.* Et ſub finem epiſtolae: *Multa vero, imo pene innumerabilia deſunt in hoc opere: Quis enim univerſa multis etiam queat comprehendere voluminibus?*

Atque

Atque hæc cauſa eſt, cur multi ſuas illi curas impenderint, & aliis alia reliquerint. Nec *Scioppius*, nec *Buchnerus* præfationem hanc legiſſe videntur: alioquin enim aliud judicium tuliſſent. In *Geſneri* Bibliotheca ſequens noſtri elogium invenio: *Ambroſius Calepinus, Bergomenſis, Ord. S. Auguſtini, opus pergrande ſua induſtria, magno labore, ex innumeris prope auctoribus collectum, de vocabulorum notitia, ac praepoſitionum interpretatione Graeca & Latina cum authorum atteſtatione nobis commune fecit. In quo non ſolum, quae ad literaturam & Poëtarum & Oratorum cognitionem plurimum conferunt, ſed etiam, quae ad Medicos, Philoſophos, nec non Doctores Eccleſiaſticos pertinent vocabula, docte ſatis eleganterque explicuit. Donatus Calvus*, Auguſtinianus ex Congregatione Obſervant. Lombardiæ, ejus nunc Vicarius Generalis, in *Scena Literaria Scriptorum Bergomenſium* ſub *Ambroſio Calepino*, p. 33. *ſecundam* ejus editionem, an. 1513, commemorat. Sed non meminit, cujus opera, vel quo loco curata ſit, quod vitium illi commune habent, qui de his argumentis commentantur. Superiori ſæculo præter duas editiones modo commemoratas video idem Dictionarium lucem vidiſſe *Pariſiis* 1539, per Ambroſium Girault: *Baſileae* 1544 per Leonh. Hoſpinianum: *Venetiis* 1545, per Franc. Bindonum, & Maphæum Paſinum: *Antwerpiae* an. 1572. *Lugduni* an. 1578, & ibidem 1581, per Thinghi; *Baſileae* cum acceſſionibus undecim linguarum apud Henr. Petrum; & tandem *Genevae* an. 1594, cum decem linguis, apud Jac. Stoer. Hoc certum eſt, quod multi eruditi ſuperioris ſæculi Calepinum in opere hoc amplificando ſuperarint, & adhuc in noſtro ſuperent. Et num fieri poteſt, ut *Scioppius* & *Boeclerus* plura illis omnibus viderint? Novi, *Scioppium Promtuarium Linguae Latinae* elaboraſſe, librum, qui utilior futurus erat

O 3 *Infamia*

Infamia Famiani, & *Machiavellicorum Operæ pretio*, aut ſcripto quovis alio, quod ex terris his abeunti lacrymas ſanguine miſtas elicere potuiſſet. Sed cur illud non in lucem protulit? Lucri ſtudium in cauſa erat, cur Bibliopolam nanciſci non poſſet. Quater enim imo quinquies mille ſcutatos requirebat, & librum ipſum, recuſato αὐτογράφῳ, domi ſuæ deſcribi volebat. Sed quid inde? Obiit, nec fructum cepit ſuaviſſimi plauſus, quem ex illo publicato exſpectare poterat. Et quid de eo faciet ſuaviſſimus *Pieruccius* hæres? Amicus quidam meus, quem non appellabo, cum fieri id nolit, laude alioquin maxima dignus, exemplum *Promtuarii* illius habet: & Deus novit, num primum ejus ſit αὐτόγραφον, cum tam elegans non ſit, quam eſt illud *Pieruccii*. Offerebat ille mihi aliquando *Voſſii Etymologicum* ex Belgio recens allatum, quod recuſabam, idem ſane non facturus, ſi *Promtuarium* mihi obtuliſſet. Sed quid eo facturus eram? Miſſurus eram ad *Petrum Blavium*, certiſſime mihi perſuadens, eum illis literis exſcribendum fuiſſe curaturum, quibus proſtant luculenta illa *Miſſalia*, *Breviaria*, *Diurna*, *Officia B. Virginis*. Illa quidem à ſimplicioribus *Coloniæ* excuſa creduntur, & nihilominus tamen ex prelo exierunt cura & ſumtibus Patris (*Blavii*) qui munificentia pluſquam Regia, nullis ſumtibus parcens, eos in lucem libros prodire fecit, à quibus ſibi omnes Italiæ & aliarum regionum exterarum Bibliopolæ metuiſſent; cum de nullo alio conſtet, qui ſimilia tentare fuiſſet auſus. Notitia librorum, quos *Anton. Hieratus*, Senator Coloniæ Ubiorum, excudit vel excudi fecit, pleniſſima exſtat in *Bernardi Mallincroti*, Canonici Decani Monaſterienſis & Mindenſis Diſſertatione hiſtorica *de Ortu & Progreſſu artis Typographicæ*, p. 174. *de Officina Colonienſi Hieratina*, ubi 150 Tomi in fol. afferuntur, ut de voluminibus

minibus formæ minoris 4, 8, 12, & 16. nihil dicam. Et vel ſic tamen (quamvis tam egregiis operibus excudendis theſauros impenderit) cum *Blavio* comparari non poteſt. Quod verò ad conditionem attinet, *Hieratus* quidem Senator erat Colonienſis, & *Blavius* Scabinum agebat Amſtelodami, quæ non minoris momenti eſt dignitas. *Petrus* ille (*Blavius*) hujus filius, cui *Scioppii Promtuarium* traditurus eram, in magna erat exiſtimatione apud *Coſmum*, tunc Toſcaniæ Principem, nunc Magnum Ducem, qua de re ſupra occaſione Dedicationis ad humaniſſimum Magliabechium nonnihil dictum eſt. Jam in mentem venit, quod *Andreas Friſius*, frater uterinus *Joannis la Nou*, mihi amiciſſimi, in Dedicatione opuſculi *Laurentii Pignorii*, Canonici Patavini: *Magnæ Deûm matris Ideæ & Attidis Initia*, quod Amſtelodami luculente recudi fecerat an. 1669 in 4. ad eum ſcribit: *Suſcipe, Petre, ea benevolentiæ demonſtratione, qua Magnus ille Magni Etruriæ Ducis filius te nuper excipiebat, dum perpetuum ſibi Achatem in curioſa Urbis noſtræ viſitatione eſſe volebat, &c.*

Sed, ut ad inſtitutum revertar, *Promtuarium* illud nunquam lucem videbit. *Pieruccius* enim *Calepino* detrimentum afferre noluerit, alter vero ille amicus, in cujus itidem eſt manibus, permittet, ut poſt obitum ſuum levi pretio tabaci inſtitoribus vendatur,, quod ſcriptis aliis, minus vita dignis, uſu veniſſe conſtat. Librorum intereſt, ut fauſto ſidere naſcantur. Fuit, qui ante F. *Ambroſium* ſimili inſtituto manum admoveret. Habemus in *Aproſiana* F. *Joannem Balbum* (*u*) Genuenſem, Ordinis

(*u*) Ille alias appellatùr *Joannes de Janua*, de quo, ut & hoc ejus *Catholico* plura tradit *Quetiſius* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tomo I. p. 462. & Tomo II. p. 818.

Ordinis Prædicatorum. Ille anno 1286, quod ex calce libri intelligitur, *Dictionarinm* ſive *Vocabularium* ſuum ſcribebat, quod vulgo *Catholicon* appellatur. Non vidi editionem illa, quam *Aproſiana* habet, antiquiorem. In hujus calce hæc leguntur: *Dictionarius, ſeu Vocabularius Fratris Joannis Januenſis, Ord. Fratrum Prædicat. S. Dominici, vulgo Catholicon nuncupatus: ad omnes ferme literales ſcientias accommodatiſſimus. Juſſu & impenſis præſtantis viri, Domini Petri Liechtenſtein Colonien. Arte item & ingenio Joannis Hertzog, Venetiarum Impreſſoris famatiſſimi, vigilanti ſtudio reviſus emendatuſque: felicibns aſtris explicitus eſt, anno Chriſtianiſſimæ Nativitatis poſt milleſimum quaterque centeſimum nonageſimo ſeptimo. Pridie Kalendas Martias. fol.* Neque tamen in hac (*Aproſiana*) tantum exſtat; ſed eſt aliud exemplum, non diſſimile illi, in Bibliotheca *Alexandrina*, quam Alexander VII. animo vere heroico in Collegio Sapientiæ Romano inſtruxit. In calce illius hæc legas: *Hic manus appoſita eſt Catholicon F. Joannis Januenſis, Ord. Praedicat: diligenter caſtigatum per praeſtantem doctrina virum eximium Magiſtrum Petrum Egidium, qui non duxit indignum ſuis laboribus, ſingulos quoque codices, imo vero ſingulas pagellas diligenter recognoſcere, & additiones acutas, ex ſua ingenii officina profectas, advertere. Inſeruitque additiones ſuas ſingulis in locis, prout congruum eſſe judicavit. Nec non allegationes Bibliæ (per quas vocabula ſæpe probantur) quibus in locis capitulorum habentur: per literas diviſa capitula appoſuit, imo & quædam notabilia in margine poſita memoratu digna. Propterea*

818. Affert is edit. *Moguntinam* 1450 & 1460. *Venetam* 1483, 1491, & 1495. *Lugdun.* 1489, & 1520. *Pariſ.* 1506. Inter has illa *Lugdun.* anno 1520, per Petrum *Ægidium* aucta & emendata eſt.

rea multo labore ſe cognoſcat juvenis levatum, qui juxta Grammaticam cernat gloſſemata connexa. Impreſſum Lugduni arte & induſtria Antonii du Ry. Anno à Virginis partu milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo. Die 26. menſis Januar. Hujus editionis, beneficio *Caroli Macri*, Cuſtodis primi illius Bibliothecæ, viſæ meminit *Michael Juſtinianus*, Abbas, à literis celebratiſſimus, p. 303. *Scriptorum Ligurum*, addens præterea, in *Vaticana* exempla ejus exſtare, n. 1472, 1473, & 1474. officio ſuo ſatis facturus, ut par erat, ſi editiones ſingulorum addidiſſet.

Vereor autem, ne hallucinatus ſim, quando ſupra ſcripſi, primam (*Calepini*) editionem anno 1509 eſſe curatam. Nam F. *Jac. Philip. Foreſtus*, frater ejus, lib. 16. Supplementi Chronicorum an. 1497. fol. 448. A. edit. Venetæ per Albert. di Liſſona 1503, illud commemorans, tanquam jam editum affert. Ex quo credi facile poteſt, editionem, quam primam dixi, eſſe ſecundam. Sed ut finem faciamus, F. *Joannes Balbus Catholicon* ſuum compoſuit, quale prodiit anno 1497, deinde auctum eſt à *Pet. Ægidio* annis viginti poſt. Nonne forte alius poſtea idem amplificavit? Qui norit, gratum mihi faciet, ſi me docuerit. Quot vero ſunt, qui *Calepino* manus admoverunt? Qui lectione valet, id quidem non ignorat. Propterea *Ludovicus Novarinus*, cui tam multa *Philomuſi* debent, merito eum in Dictionario ſuo Lugduni 2 Tomis in fol. ſumtibus hæredum Petri Proſt, &c. anno 1647. editi ultimum recuſo, hoc elogio celebravit:

M. F.
AMBROSIO CALEPINO BERGOMENSI
LATINA QUANTUM DEBEAT LINGUA
EXPRIMI LINGUA NON POTEST
LATIOR LATIO IPSA SCRIPTORIS FA-

QUI ABIIT HINC HINC NON ABIENS.
M. D. V.

In hoc tamen ab errore non fuit immunis, quod ex *Calvo* ſupra laudato intelligi poteſt. Obiit enim anno 1511, die S. Andreæ Apoſtolo ſacro, nempe 30. Novembris.

Ceterum eruditiſſimus *Origonus*, cum F. Angelico eſſet amicus, ſcriptiones ſuas poëticas illi donavit. Sunt illæ:

1. *Rhythmi Lyrici*, Genuæ per Pet. Joan. Calenzonum & Jo. Mariam Farronum, ſocios 1636. in 8.

2. *Chelys nuptialis*, edit. II. ib. 1636. 8.

3. *Voces amoris plenæ*, diſtinctæ in encomia, panegyricos, Idyllia, epiſtolas. Edit. II. ib. 1637. 8.

4. *Cogitata poëtica*. Ut ſupra.

5. *Ætas aurea*. Encomium in Jo. Stephanum Doriam Reipublicæ Genuenſis Ducem electum, Ibid per Pavonum 1630. 4.

6. *Pronoea*. Allegoria encomiaſtica ad Eminentiſſ. Cardinal. Ducem Richelium &c. 1634. 4.

7. *Triumphus amoris plenus*. Epithalamium in nuptias Illuſtriſſ. Chriſtophori & Barbaræ Centurionum. Genuæ per Calenzan. & Farronum, 1636, 4.

8. *Auſtria triumphans*; Panegyricus in Regem Ungariæ & Bohemiæ Ferdinandum III. Regem Romanorum electum. Ibid. 1637. 4.

9. *Meritum exaltatum*: acclamationes ad Auguſtinum Pallavicinum Ducem Reipubl. Genuenſis. Ut ſupra.

10. *Oſman faſtu dejectus*: Poëma ad Uladiſlaum IV. Polon. Regem, &c. Ibid. 1641, 4.

11. *Gloria Vaticani*: Encomium Urbani VIII. Ibid.

12. *Fama Promta:* Epithalamium in nuptias Herculis Grimaldi, Marchionis, & Anteliæ Spinolæ. Ibid.

13. *Tributum lætitiæ:* Proſa epithalamica in nuptias Illuſtriſſ. Jo. Matthæi Pozzi, & Paulæ Mariæ Imperialis Lercaræ. Genuæ 1644. 4.

14. *Gratiæ:* Epithalamium in nuptias SS. Hectoris Martini & Claræ Mariæ Romanæ. Ibid.

Pindarus Pavonenſis, is eſt *Gabriel Chiabrera*, in amicum componebat Oden, cujus hoc eſt initium:

Riderebbero aſperſi
Di nettarea rugiada
Che da colli Febei ſcende più pura
ORRIGONI, i miei verſi
Se vedeſſe congiunta
Al tuo vero valor lieta ventura, &c.

Quales ſunt laudatores, talem eſſe laudatum neceſſe eſt. Jam noſter laudatores nactus eſt duos inprimis, qui ad ſublime Pindi jugum pervenerunt. Hi ſunt *Virginius Cæſarinus*, qui ingeniorum Phœnix eſt habitus, in illa Elegia, quæ p. 48. Poëmatum ejus legitur, & Cardinalis maximus, *Maphæus Barbarinus*, quem merita ſua ad ſublime Petri ſolium ſub *Urbani VIII.* nomine evexerunt. Oda ejus legitur p. 206. Ex his æſtimari poſſunt illius, qui encomiis eorum dignus habitus eſt, virtutes.

XIX.

CATHARINA ZILIOLA.

Soror *Alexandri*, cujus ſupra litera A. n. XX. mentionem fecimus, Matrona Veneta. Cum conſtitutum haberet, fratris, apoplexia præter exſpectationem

tionem rebus humanis erepti, Bibliothecam vendere, ideo, quod intelligeret, nepotuli cujuſdam ſui, tredecim vel quatuordecim annos nati, vitio ſenſim diſſipari, conſiliumque hoc ſuum F. *Angelico* expoſuiſſet; hic quidem, tanquam fratri olim familiaris, dono ab ea accepit

1. *Hiſtoriam Poëtarum Italorum*, Alexandri Zilioli, Civis Veneti, MS. in fol. (*Lat.*)

Si *F. Angelicus* opibus unquam cumulatus fuiſſet, ad exemplum unius alteriuſve, qui Irum primo paupertate ſuperans, Craſſi deinde vel Crœſi divitias eſt conſecutus, certiſſime mihi perſuaſum habeo, eas illum non diſſipaturum fuiſſe, quod illi faciunt, qui a Scriptoribus (v. c. *Volaterano* lib. XXII. Anthropologiæ, col. 818. edit. Wechelianæ an. 1603. *nati perdundæ pecuniæ* dicuntur. Impenſurus illas potius erat eruditorum virorum commentationibus in vitam revocandis, quæ in Bibliothecarum latebris, ne pejus aliquid dicam, deliteſcunt. Cum vero nihil aliud poſſet, faltem de modo cogitavit, quo opus hoc preli beneficio in lucem proferretur. Intelligi hoc ex ſequente epiſtola poteſt:

R. P. ANGELICO VINTIMIGLIA, *Auguſtiniano.* (y)

Nihil mihi, Genuam adventanti, gratius accidere poterat illa tua, P. R. epiſtola, cum maximi te faciam, colam & animo perpetuo circumferam. Doleo omnino, eam epiſtolam, quae Pariſios ſcripta eſt, periiſſe; alioquin enim illud Zilioli opus, quod Bibliotheca tua manu exaratum ſervat, fortaſſe lucem jam vidiſſet. Cum enim ſit & curioſum & utile, opera danda eſt, ut in lucem proferatur. Certumque te eſſe

(y) Habes hanc epiſtolam ex Italico converſam.

eſſe jubeo, curae mihi ſpeciatim fore, ut accurate & luculente formis exprimatur. Quinquaginta illa exemplaria, quae Bibliopolae Pariſienſes dare illis ſolent, qui imprimi quicquam faciunt, cum aliis libris permutabo, quos, Bibliothecae tuae inſervituros, ex tuo indicio intellexero. Quod ſi igitur exemplum tuum Genuam mittendum Nicolao Patu, mercatori Gallo, credere volueris, tutiſſime & ſine periculo curſori publico Lugdunum, atque hinc Pariſios, ubi brevi me futurum ſpero, perferendum tradetur. Nihil praeterea habens, quod ſcribam, manus tuas oſculor. Genuæ 21. Septembr. 1660.

Raphael du Freſne.

Opus ipſum patieris ut tibi a me inſcribatur.

Cum vero is in Galliam reverſus diem ſuum obiret, & amici & MS. operis jacturam faciebat Fr. *Angelicus* (z). Copiam vero ejus habebat doctiſſimus *Leo Allatius*, quod patet ex p. 5. epiſtolæ ad Lectores in limine *Poëtarum veterum, ex MSS. Codd. Bibliothecae Vaticanae & Barberinae* ab eo collectorum, ubi de *Anton. Beccaro* loquens ita ſcribit: *De cognomine ejus ea afferam, quae* Alexander Zilioli, *tradit in Hiſtoria Poëtarum Italorum, quam inſigni humanitati Fr.* Angelici Aproſii Vintimiglia *debeo, deſcriptam ex αὐτογράφῳ* Zilioli, *quod* Intemelii *in* Biblio-

(z) Non puto, poſtea illam *Zilioli* de Poëtis Italis commentationem in lucem prodiiſſe. Ea etiam forte carere poſſumus, poſtquam *Jo. Mar. Creſcimbenius* Hiſtoriam Poëſeos, Italis vernaculæ, lingua Italica, Rom. 1698. 4. edidit, eandemque ibid. an. 1702, ampliſſimo commentario illuſtravit. Taceo, eruditos Ephemeridum Literariarum Italiæ, quæ Venetiis prodierunt, auctores Poëtarum & veterum & recentiorum memoriæ vel recreandæ vel fovendæ ſtuduiſſe.

Bibliotheca Aproſiana *exſtat*, *quam laudatiſſimus Vir ſumtu & diligentia ſumma inſtruxit, egregiis monimentis, librisque tum editis, tum manu exaratis refertam.* Adde ejuſdem *Dramaturgiam* Indice VI. p. 576. Aliud ejuſdem exemplum poſſidebat acutiſſimus & diligentiſſimus *Anfranus Matthias Franſonus.* Cum vero illud *Allatii* exemplum deſcriptum ſit ex codice, Pariſios miſſo, accuratius omnino eſt *Franſoniano* illo, quod ab imperito librario deſcriptum erat ex originali lituris pleno, & manu minus expedita exarato. Quis vero ſcit, an non habiturus ſit occaſionem librum hunc aliorſum elocandi? Crediderim ſane, Fr. *Angelicum* illum denuo deſcribendum curare debere, ut in promtu ſit.

2. *Muſeum Alexandri Zilioli, Julii F. Index ſcilicet eorum omnium, quæ in ſtudiorum ſtudioſorumque gratiam in ipſius adſervantur Muſeo* 1626. *MS.* in fol.

XIX.

F. CŒLESTINUS BRUNUS.

Venuſianus, Epiſcopus Bovianenſis. Cum is Senis Conventus S. Auguſtini Rectorem ageret, occaſionem nanciſcebatur *Fabium Chigium* cognoſcendi, eumque Philoſophiam docendi. Poſtea Romam, cum Nuncium Colonienſem egiſſet, reverſus, effecit, ut illi Profeſſio publica, quæ in Collegio Sapientiæ Auguſtinianorum vacua erat, ab Innocentio X. conferretur. Hinc idem Purpura ornatus, ab eodem illi Epiſcopatum Bovianenſem conferri faciebat.

Magiſtri Cæleſtini Bruni de Venuſia, Ord. Eremit. S. Auguſtini Sacri Theologorum Collegii Doctoris,

ris, *Quodlibeticarum Diſputationum Pars I.* Neapoli, typis Jac. Gaffari, 1641, fol.

XX.

CELSUS QUATTRO-CASE, (*a*)

Mediolanenſis C. R. Theatinus, Academicus Apathiſta. Memini, me in Poëta aliquo legere:

Summa, vel *Celſa petit livor*, *perflant altiſſima venti*,
Summa petunt dextra fulmina miſſa Jovis.

Hinc ſiniſtrum augurium fieri poterat Patri optimo, viro eloquentiſſimo & eruditiſſimo, & *Soli* inter Apathiſtas tam lucido, ut ſine hyperboles uſu Ordo Theatinus prædicare poſſit, eum eruditionis ſuæ radios vibraſſe,

Ultra terminos Orbis noſtri.

Vocabatur *Quattro-caſe* (Quatuor caſæ) qui appellari rectius poterat *Quattro Palazzi* (Quatuor palatia) quæ no nminus atque Olympus in cœlum ſe efferunt. Dici, inquam, ita poteſt, ad invidiam cavendam, cum *palatia* Regiæ ſint ædes, *caſæ* autem perſonis ordinariæ conditionis recipiendis ſint deſtinatæ. Hinc *Corydon* ad *Alexin*:

O tantum libeat mecum tibi, ſordida rura
Atque humiles habitare caſas.

Sed non habet ille; cur ſibi timeat, cum Olympus nubibus, quæ fulmina gignunt, ſit ſuperior. Propterea

(*a*) Vide *Philip. Picinelli* Athenæum Mediolanenſe p. 134.

pterea *Achilles* canorus parvi Rheni in carmine ſuper Ædem S. Petri Romanam p. 12. ita:

Spinge il nobile Olimpo i gioghi algenti
Tant' oltre che ſentir gli Auſtri non ſuole.

Ex ærario ejus multa & oratoria poëtica & volumina exſpectantur, quorum ſequens exiguum eſt ſpecimen:

Numen Liguriæ tutelare, Oratio P. D. Celſi Quattro-Caſe, Mediolanenſis, C. R. recitata ab eo in Domo Genovenſi in memoriam anniverſariam Unionis Genuenſis anno 1657. Ibidem per Calenzanum 1667 in 4. *Ital.*

XXI.

CÆSAR ZAROTTUS, (*b*)

Urbe Iſtriæ primaria oriundus, Doctor Medicus. Cum vidiſſet *Jo. Petrum Lotichium*, Poëtam & Doctorem Medicum Francofurt. ad Mœnum Satyricon *Petronii* Commentario Medico-Philoſophico illuſtraſſe, & 1629. edidiſſe, Lotichio doctrina nihil cedens, eadem ratione in *Martialem* commentari aggreſſus eſt. Hinc nata eſt,

M. Valerii Martialis Epigrammatum Medicæ aut Philoſophicæ conſiderationis enarratio, ſive de Medica Martialis Tractatione commentarius, Cæſaris Zarotti Juſtinopolitani, Philoſophi ac Medici Veneti, &c. Venetiis apud Baba, 1657. 4.

Superſunt adhuc tres Partes imprimendæ. In hac enim illuſtrantur tantum epigrammata librorum *I. II. III. & IV.* In altera libri *V. VI. VII. & VIII.* In Tertia denique *IX. X. XI. & XII.* expli-

(*b*) Lege *Bartholinum* de Poëtis Medicis p. 132.

explicabuntur. Quarta vero ad libros *Xeniorum* & *Apophoretorum* referetur. Hæ omnes profundiſſimam ejus eruditionem teſtatam faciunt ex Latinis non tantum, ſed & Græcis ſcriptoribus hauſtam. Hos enim omnis veræ & non vulgaris eruditionis fontes etiam inviti agnoſcere debemus. Hoc nomine *Alcaeus* Venuſinus lib. de Arte Poëtica v. 2681. ita præcipit:

----- Vos exemplaria Græca
Nocturna verſate manu verſate diurna.

Donum ejus eſt liber ſequens, mole quidem parvus, ſed rebus & argumentis maximus.

De Angelorum pugna libb. *III.* ad Urbanum *VIII. P. M.* Venetiis apud Thadæum Pavonum 1642. 8. Eum accuratius & cum acceſſionibus recuſum eſſe audio: ſed nondum ipſe conſpexi.

XXII.

CÆSARIUS BURCHELATUS,

Poſtquam Vir religioſiſſimus *Philothecam Aproſianam* hac inſcriptione ornaſſet:

ANGELICO APROSIO
Eloquio vere Angelico, moribus probatiſſimo,
in habitus obſcuritate candidiſſimo,
Cæſareus Burchelatus, Canonicus Theologus
Tarviſinus, Protonotar. Apoſtolicus,
V. Cal. Februar. 1647.

mittebat ſequentem librum, à Patre ejus olim editum, qui pro ſuo in patriam amore operam omnem dabat, ut memorabilia ejus omnia à nemine ignorarentur.

Commentariorum memorabilium, multiplicis hiſtoriæ Tarviſinæ locuples Promtuarium, libb. IV. diſtributum, Antiquario, Poëtæ, Philoſopho, inprimis autem Chriſtiano, ac Funebrium ſtudioſo, jucundum atque utile. Tarviſii apud Angelum Righetinum, 1616, in 4. *Lat.*

XXIII.

CHRYSANTHUS SOLARI,

Placentinus, C. R. Theatinus. Vir candidiſſimus, *Raphael Sopranes*, cujus animum miſericors animarum noſtrarum Redemtor, clementer, ita voveo, receperit, eum inter Scriptores Ligures p. 79. recenſet, non quidem ut natum, ſed ut *Clavario* oriundum, quæ urbs multorum fuit mater, qui Purpuram in Vaticano illuſtrem reddiderunt. Rempublicam Literariam is donavit eruditiſſimo volumine, quod, *Pentateuchus mortuorum* inſcriptum Patavii an. 1645. lucem vidit. Eandem is amplius ſimilibus ſcriptis erat illuſtraturus, niſi immitior Atropos vitæ ſtamen nimis mature reſcidiſſet. Donavit

Gloriam Eccleſiæ: Epitaphia ſacra in Feſta Sanctorum, & beatorum anniverſaria, R. P. D. Chryſanthi Solari, C. R. Bonon. per Dominicum Barberium, 1647, in 12. *Ital.*

XXIV.

CHRISTOPHORUS THOMASINUS.

Bibliopola Venetus.

1. *Opus Chronologicum novum pluribus partibus conſtans*, elaboratum & concinnatum ab Ubbone Emmio, Friſio Grethano. Groningæ 1619. fol.

2. *Praxis*

2. *Praxis Juris patronatus acquirendi, conſervandique illud ac amittendi modos breviter continens.* Denuo pluribus locis aucta & locupletata auctore Juliano Viviano, Piſano, J. V. D. Romæ ex Typogr. Andr. Phæi, 1648, fol. *Lat.*

3. *Tractatus moralis ad defenſam animarum Advocatorum, Judicum, Reorum.* Pet. Pauli Guazzini, Abbatis Congregationis Oratorii, civitatis Caſtelli Præpoſiti. Venetiis apud Thomaſinum, 1650, in 4. *Lat.*

4. *Diſcurſus in laudem Chriſti, excellentiam Virginis, & magnitudinem Sanctorum &c.* Joſephi Geloſi, Panormitani. Venet. apud Thomaſinum, 1650, in 4. *Ital.*

5. *Applauſus feſti in feſta Sanctorum quorundam ſolemnia*, Philippi Picinelli, Abbatis, Mediolanenſis, Canonici Lateranenſis. Venetiis 1649, in 12. *Ital.*

XXV.

CURTIUS PICOTTUS

Nobilis Eugubinus. *Phædrus*, Auguſti libertus, lib. III. fab. 9. p. 33. ed. Stephan. 1617, 4. cum notis *Rigaltianis* ita:

Vulgare amici nomen, ſed rara eſt fides.

Alius vero ait: *O amici! nullus amicus.*

Si humaniſſimus *Picottus* ſimiliter egiſſet, hæc equidem non attuliſſem. Teſtatum id faciunt

Poëmata poſthuma Anton. Abati. Bonon. per Jo. Ricaldinum, 1671, in 12.

Ut fidelem ſe amico præſtaret, volumen hoc ex prelo prodire fecit, & plura non quidem *Abati*, ſed aliorum amicorum, exſpectare licet. Donavit illud

Aproſianæ, quod propterea non cenſui omittendum.

Hic colophonem imponere poteram libro, qui juſtum in forma duodecimi ordinis volumen conficit, in qua, cum primum id ſcribere inſtituerem, exſcribendum illud ſtatuebam. Quoniam vero generoſiſſimus *Georg. Nicol. Cavana*, cui imprimis multa debet F. *Angelicus*, adhuc deſideratur, non exſpectanda mihi videtur Pars II. qui neſciam, num ad ſcribendam illam & ex prelo producendam ſatis mihi vitæ ſit ſuffecturum. Itaque illius hoc loco faciam mentionem.

XXVI.

JOANNES NICOL. CAVANA,

Patricius Genuenſis. Numerandus hic eſt inter eos, qui præ ceteris candorem & favorem ſuum F. *Angelico* probarunt. Adeo illum carum ſibi habuit, ut ſemper ſibi præſentem habere cuperet. Itaque nec unam hebdomadem abire paſſus eſt, qua literas ejus non videret. Nec intererat, ſive haberet quod ſcriberet, ſive minus: ſatis habebat, ſi de ſalute ejus, cujus erat ſtudioſiſſimus, certior fieret. Ideo Ciceronis exemplum proponere ſolebat, lib. VI. ep. 16. ad Baſilium ita ſcribentis: *Tibi gratulor, mihi gaudeo: te amo: tua tueor; à te amari, &, quid agas, quidque iſtic agatur, certior fieri volo. Vale.* Bene ſcilicet *Symmachus* lib. I. ep. 14. Agorio Prætextato ſcribit: *Scribendi brevitas magis faſtidio, quam officio eſt.* Cum noſter (*Cavana*) *Andrea Roſſotto*, Mondovienſe, & Congregationis S. Bernardi Reformatæ Monacho, Viro maxime ingenuo, familiariter uteretur, ibique F. *Angelicum* frequenter videret, ad hunc amandum, illius quaſi exemplo excitatus, ferri ſe ſenſit. Neque tamen ambo una fuerunt ante, quam ille à Sereniſſ. Senatus

tus Deputatis Judicum Collegio Præſes daretur. Tunc enim eum F. *Angelicus* apud *Athanaſ. Porrum*, cognatum ſuum, apud quem commorabatur, inviſit. Ille vero ante abitum vidit Conventum, ejuſque Bibliothecam, quam ille amplificaturus libros donavit, qui ſequuntur:

1. R. P. D. *Haymonis Corii*, *Mediolanenſis*, Clerici Reg. Bernabitæ, Congreg. S. Pauli *Concordantiæ Morales* Locorum pugnantium, tam Veteris quam Novi Teſtamenti. Opus ad S. Scripturæ intelligentiam & verbi Dei concionatorum utilitatem apprime accommodatum, &c. Tom. I. complectens librum *Geneſeos*. Mediolani ex typographia Lud. Montiæ, 1653, fol.

2. *Concordantiarum Moralium* Tomus II. ſuper *Exodum*. Ibid. 1655, fol.

3. *Concordantiarum* Tomus III. ſuper *Leviticum*. Ibid. 1657, fol.

4. *Concordantiarum* Tomus IV. ſuper *Numer*. Ibid. 1659, fol.

5. *Pharao flagellatus*, ſeu de decem plagis Ægyptiorum Commentaria literalia & moralia in priora XV. capita libri Exodi. Ibid. 1660, fol.

6. - - - - - Tomus II. Ibid. 1664. fol.

7. *Italia ſacra*, ſive de Epiſcopis Italiæ & Inſularum adjacentium Tomus IV. complectens Metropolitanas earumque ſuffraganeas Eccleſias, &c. auctore Ferdinando Ughello, Florentino, Abbate SS. Vincentii, &c. Romæ, typis Vitalis Maſcardi, 1652, fol.

8. - - - - - Tomus V. complectens Patriarchales in Italia ſingularis dignitatis Eccleſias, &. Ibidem 1653, fol.

9. *Bernardi*, Claræyallenſis Abbatis primi, &c. Opera. Accedunt S. Bernardi aliquot Epiſtolæ è Bibliotheca S. Victoris Pariſienſis & Notæ F. *Jo. Picardi*. Paris, 1621, fol.

10. *Alexandri Saulii*, Viri Dei è Cleric. Reg. S. Pauli Vita & geſta per R. P. Jo. Auguſtin. Gallicium eorund. Clericorum Præpoſitum Generalem collecta. Romæ, typis Jac. Phæi, 1661, in 4.

11. *Martialis Epigrammata.* Venet. in ædibus Aldi, 1502, in 8. in membranis.

12. *Sententiæ veterum Poëtarum*, per locos communes digeſtæ, *Georg. Majore* collectore, &c. Antwerp. apud Plantinum, 1561, in 16.

13. *Repertorium univerſale* (Piazza) omnium mundi profeſſionum, denuo editum à Thomaſino Garzono da Bagnacavallo. Venet. apud Jo. Baptiſtam Somaſco, 1589, in 4. *Ital.*

14. *Cyrus Politicus*, Philippi Mariæ Bonini, Genuenſis. Genvæ per Calenzanum, 1649, in 4. *Ital.*

15. *Sylva Sylvarum*, ſive Hiſtoria naturalis in X. Centurias diſtributa. Anglice olim à Franc. Bacone, Barone Verulamio, nunc Latio tranſcripta à Jan. Grutero. Lugd. Bat. 1648. 12. *Lat.*

16. *Jo. Bapt. Portæ* Neapolitani de Diſtillatione libb. IX. Romæ ex typogr. Rev. Cam. Apoſtol. 1608, 4. *Lat.*

17. *Joſephi Caſtalionis* J. C. *Obſervationum in Criticos* Decas I. Romæ apud Gulielm. Faciotum, 1605, in 4. *Lat.*

18. *Ejuſdem* de frigido & calido potu Apologeticus; in quo Senecæ, Tranquilli, Plauti & Martialis loca aliter, atque à Lipſio accepta ſunt, explicantur. Item Horatii, Virgilii, Athenæi, Platonis & Ariſtotelis adverſus Pierium Caſſianum. Romæ apud Gulielm. Faciottum, 1607, 4. *Lat.*

19. *Officium B. Mariæ* V. Pariſiis per Ægid. Hardouyn, 1514, 8. in membran.

20. *Epiſtola ad Regem Chriſtianiſ. Henricum IV.* à Ludov. Richelmo Provinciali S. I. data. Italice tranſlata ex Gallico. Romæ apud Barthol. Bonfadinum, 1599, in 4.

21 *Pec-*

21. *Peccator contritus* Nicol. Lorenzimi, Phyſici Montiſpulciani. Florentiæ per Philip. Juntam, 1591, 4. *Ital.*

22. *De Unione regni Portugalliæ cum corona Caſtiliana.* Hiſtoria Hieronymi de' Franchi, Comitis Stabuli Regii. Genuæ apud Hier. Bartolum, 1589, 4. *Ital.*

23. *Invectivæ, Orationes & Diſcurſus* Cæſaris Rao di Aleſſano, ſuper & argumentis variis & diverſis hominibus, quorum vitia caſtigantur. Addita ad virtutis & ſcientiarum ſtudium exhortatione. Venetiis apud Damianum Zenarum, 1577. in 4. *Ital.*

24. *Vita S. Catharinæ*, Virginis & Martyris, octaſtichis deſcripta à M. Philippo, cui *Funeſti* nomen eſt. Venetiis 1601 in 8. *Lat.*

25. *Mundi cœleſtes, terreſtres & inferni*, Academicorum Peregrinorum per *Donum*. Venetiis 1562, in 8. *Ital.*

26. *De ratione accurate ſcribendi* (ſeu Orthographia) *in lingua vernacula*, recognitum & auctum à *Silvio Corrado*, Monſanpolitano. Romæ apud And. Fei, 1646, 8.

27. *Animadverſiones* (Ragionamenti) in Obſervationes aliquot ſuper Linguam vernaculam, M. Lazari Fenucci da Saſſuolo. Bononiæ, 1551, 8. *Ital.*

28. *Apophthegmata Plutarchi*, Italice reddita per M. Jo. Bernard. Gualandum, Florentinum. Venet. apud Gabrielem Giolitum, 1566. 4.

29. *Varii Sermones S. Auguſtini*, aliorumque Catholicorum & antiquorum Doctorum, collecti & editi à Galeazzo Florimonto, Epiſcopo Sueſſenſi. Venet. 1567, 4. *Ital.*

30. *Exſequiæ Regales Philippi IV.* celebratæ Mediolani, 1665. per Anton. Pandolphum Malateſtam, in fol. *Ital.*

31. *Ephemerides Literariæ.* Romæ per Nicol. Angelum Tinaſſum, 1668, 4. *Ital.*

32. *Claudii Ptolomæi*, Alexandrini, Geographia, cum notis & acceſſionibus S. M. A. D. (*c*) Germani, tabulis item antiquis & novis, quibus nonnullas addidit M. Jac. Gaſtaldus, Coſmographus, Pedemontanus; Italice converſa â M. Petro Aretino Matthiolo, Senenſe, Medico excellentiſſimo, &c. Venet. per Jo. Bapt. Pedrezanum, 1555, 8.

32. *Declamationes Sillanæ*, J. Ludov. Vivis, Valentiniani, ex Latino Italice converſæ per Jo. Dominicum Tarſiam, Juſtinopolitanum. Venet. ap. Pet. Nicolinum da Sabbio, 1549, 8. *Ital.*

33. *Solatium animæ* ſuper omnes gradus Paſſionis ad emetiendam ſcalam ſanctam, R. P. Jo. Baptiſtæ da Diere, C. R. Theologia. Genuæ per Benedict. Guaſco, 1654, in 12. *Ital.*

34. *Zodiacus Chriſtianus locupletatus*, ſive XII. ſigna divinæ Prædeſtinationis totidem ſymbolis declarata, *Jeremiæ Drexelii* Italice converſa à Franc. Balbano per Bened. Guaſco, 1654, 12. *Ital.*

35. *Silva dubiorum cum reſponſionibus ad ſingula accommodatis.* Partibus II. quorum I. Naturalia. II. Moralia complectitur. Recognita & notis locupletata ab Annibale Novello, Placentino. Placentiæ apud Joan. Bazachum, 1597, in 8. *Ital.*

36. *Poëmata* Caroli Joſephi Origoni. Genuæ per Joſeph. Pavonum, 1627, in 8. *Ital.*

37. *Cantica* Fidentii Glottochryſii, & aliorum Ludimagiſtrorum celeberrimorum, recognita & aucta. Vicentiæ 1611, in 12. *Ital.*

Non defuerunt olim, nec adhuc deſunt inſulſi homines, qui & ſibi ipſis, & aliis, ut eruditi viderentur,

(*c*) I. e. *Sebaſt. Munſteri, auctoris damnati.* Hanc verſionem Italicam ex edit. Veneta 1548. 8. affert doctiſſimus *Fabricius* noſter Biblioth. Græc. lib. IV. cap. 14. p. 413.

rentur, perſuadere conati ſunt, cantica hæc profecta eſſe ab *Hippolyto Aldobrandino*, qui poſtea ſub CLEMETIS VIII. nomine Pontificem Maximum egit. At illi quidem tanti Viri vel parvam vel nullam habent notitiam. Amores illa Socraticos, & ab omni impudicitia remotos ſiſtant; ſemper tamen parum digna erunt calamo *Marci* alicujus *Lamberti*, Parochi neſcio cujus vici, nedum illius, qui univerſi Paſtorem præſtitit. Scriptor enim illorum eſt *Camillus Scroffa* (*d*) Nobilis Vicentinus, quod mihi conſtat ex p. 18. *Conſiderationis* (Raggionamento) Academici Aldeani ſuper poëſi jocoſa Græcorum, Latinorum & Italorum. Venet. apud Jo. Pet. Pinellum, 1634, in 4.

38. *Jucundæ & ridiculæ facetiæ M. Poncini de Turri Cremonenſi*, cum acceſſionibus recuſæ. Venetiis 1627, 8. *Ital.*

39. *Specimina Chronologica*, ſive Genua in antiquitatibus ſuis conſiderata. Genuæ per Benedict. Celle, 1668, 12. *Ital.*

40. *Thom. Bartholini*, Caſp. F. Anatomia, ex Caſparis Bartholini Parentis, Inſtitutitionibus, &c. reformata. Lugd. Bat. 1651, in 8. *Lat.*

41. *Topographia & hiſtoria generalis*, Tractatibus V. quibus enarrantur caſus ſingulares, terribilia mortis genera & tormenta exquiſita, &c. Per M. Didacum de Hædo, Abbatem Fromeſtanum, &c. Valliſoleti 1612, in fol. *Hiſpan.*

42. *Chronica Regis Rodrigi* cum excidio Hiſpaniæ, ejuſque per Mauros occupatione, recens recognita. Compluti 1597, fol. *Hiſp.*

43 *Com-*

(*d*) In eandem ſententiam plura lege apud *Villanium*, ſive *Aproſium* in Viſcera alzata num 39. & *Cinellum* in Biblioth.ca Volante Sect. I. p. 33. atque hinc apud *Vinc. Placcium* in Theatro Pſeudonymorum p. 27.

43. *Compendium* omnium operum celeberrimi Poëtæ *Joan. de Mona:* anno 1548. fol. *Hiſp.*

44. *Vita Senecæ* per Jo. Pablo Marzar. MS. in 4. *Hiſp.*

45. *Conſolatoria* ad Joan. Mariam Cavanam ſuper obitum patris ejus, per Joan. Pablo Rizzo, MS. in 8. *Hiſpan.*

46. *Paraphraſis fabularum* de Adonide & Venere, Hippomene & Atalanta, per Richardum de Turia, MS. in 4. *Hiſp.*

47 *Richardi ex ordine Fratrum, qui apud Latinos Prædicatores appellantur, Confutatio legis latæ Sarrhacenis à maledicto Mahometo,* tranſlata ex Romana lingua in Græcam per Demetrium Cydonium; deinde per Bartholum Picenum de Monte arduo rurſus è Græco in Latinum converſa. Ferdinando Regi Arragoniæ & utriuſque Siciliæ in 4. (*e*) Locum editionis cum nomine Typographi, & loco annotare non poſſum, cum in exemplari hoc deſiderentur. *Geſnerus* p. 552. Bibliothecæ ex editione anni 1545, & p. 725. editionis anni 1583, utriuſque Tigurinæ apud Froſchoveros (ubi *Ricoldus* appellatur) opus hoc *Baſileæ* ait editum una cum Alcorano, ita ut hujus textus Arabicus ab una parte exſtet, in fronte vero textus Latinus & Græcus hujus ſcriptoris conſpiciantur. Addit etiam, Pariſiis à Colinaeo Latine tantum prodiiſſe, plura vero non commemorat. *Poccian͡tus* in *Scriptoribus Florentinis* eum *Ricoldum* vocat. Sic enim p. 156. legimus: *Ricoldus de Monte Crucis perperam Richardus dictus.* Facile autem hoc noſſe potuit, quia

(*e*) De *Richardi* ſive *Ricoldi* illo libro, variiſque ejus editionibus vide *Fabricium* noſtrum Bibliothec. Græc. lib. V. c. 5. p. 691. & lib. V. c. 43. p. 389. & *Quetiſum* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. I. p. 504. & Tom. II. p. 819.

quia teſtatur in Bibliotheca S. Mariæ Novellæ plura ejus opera MSS. exſtare.

48. *Gemitus Pœnitentis in VII. Odas diviſus, & ad* VII. *Pſalmos poenitentiales Davidis in modum Paraphraſis accommodatus.* Auctore *Fabio Leonide*, V. I. D. Romæ ex typographia Andreæ Phæi 1628, in 4. *Lat.*

47. *Facta heroica* Manoli Bleſſi Strathioti, per M. Anton. Molinum, qui *Burchiella* vocatur. Venet. apud Gabrielem Jolitum de' Ferrari, 1561, in 4. *Ital.*

50. *Ludus Scacchicus* D. Petri Carreræ libris VIII. ubi rationes hujus ludi origineſque ediſſeruntur, cum duabus Diſſertationibus, altera Jo. Baptiſtæ Cherubini, altera Doctoris Martini Tottelli de eodem Argumento. Militelli per Jo. Roſſum Tridentinum, 1619, 4. *Ital.*

Fortaſſe & alii ex dono ejus adſunt, qui me effugerunt, & doleo, tantum mihi otii nunc non eſſe, ut in eos poſſim inquirere; certiſſime interim perſuaſum mihi habens, ex eorum enarratione ampliora munificentiæ Equitis generoſiſſimi argumenta eſſe exſtitura. Interim dabitur occaſio eos in Parte II. litera G. commemorandi. Quicunque effigiem ejus contemplabitur, eam pro vivo generoſitatis ſimulacro habebit. Exſtat illa in Bibliotheca a latere ejus Orientali medio, & à dextra habet effigiem celeberrimi *Ovidii Montalbani*, qui inter clariſſima cœli Felſinei lumina fulget; à ſiniſtra autem *Joſephi Galeni*, Æſculapii Panormitani, cujus ſcriptis, ſive Latinam, ſive Toſcanam, ſive patriam ejus linguam referant, Muſae Siculae, quaſi triplici corona redimitae, ſuperbiunt. Delineavit eam *Jo. Baptiſta Caſonus*, Nobilis Sarzanenſis, patruelis *Philippi Caſoni*, (qui ex Procuratore Sacri Collegii ab Innocentio X. Epiſcopus Burgenſis S. Donini renunciatus eſt.) Apelles Genuenſis. Atque ille qui-

quidem in hac, & alia, *Mauri Promontorii*, Epiſcopi, de quo Parte II. ſuo loco dicemus) fingenda omnem ſuam induſtriam collocavit. Cygno, præ ceteris, quos Mons S. Savini unquam habuit, canoro, ſequens in illam carmen canere placuit:

In effigiem Illuſtriſſ. Jo. Nic. Cavanæ, &c.
Carmen *Pet. Franc. Minozzi* Profeſſoris
Legum in Monte S. Savini.

Qui de le Grazie un generoſo abiſſo
Pinſe il chiaro pennel d' inclita mano:
Via più ricco del vello aureo di Friſſo,
Mira ſpirargli in fronte il cuor ſovrano.
Mira il fulgor de l'immortal CAVANO,
Qual' Aſtro di virtù, ſplender qui fiſſo;
E del Ligure Mar l'ondoſo Piano
Quì mira alzarſi in un Olimpo affiſſo
Qui d' ombre illuſtri un colorito velo,
Con un Lino divino in Terra il veſtar
Non de la Terra nò, degno del Cielo.
La candidezza ſua monſtrano queſte
Candide Tele, ed i Vermigli il zelo
E i cerulei color l' Alma celeſte.

Atque hæc quidem hereditatis jure ad eum ex gente CAVANA pervenerunt. Quamvis enim fortuna adverſa eam ex parte bonis illis, quibus abundabat, ſpeciatimque feudis, quæ poſſidebat, privaverit, injuriam tamen bonis animi facere non potuit. Quod autem feuda poſſederit, ex publicis tabulis intelligitur, quas hic deſcribere lubet.

Anno Dominicæ Nativitatis MCCXXVII. *Indictione* XV. *die* XXVII. *die Martii in Alexandria Dominus Sartorius ex Marchonibus de Boſco, filius quondam D. Auguſti per lignum, qnod in ſna manu tene-*

tenebat, fecit inveſtituram nomine recti gentilis aviti & paterni Feudi Ruffino de Cavana, de Novis, de toto Quartericio de Gadio, & de Quarto, & de omni jure, & ratione reali & perſonali, utili, & directa &c. (*f*)

His præſtructis, dico, Gentem hanc ſplendorem, ſi non ex Feudis at certe ex generoſitate perpetuum ſibi habuiſſe. Id quod ex ſequentibus libris, qui inde decus ſibi conciliarunt, apparet.

Rhythmi Benedicti Maja, ad Illuſtrem Joan. Hieron. Cavanam, Nobilem Genuenſem, & gentis ſuæ Conſulem Panormitanum. Panormi 1618. 8. (*Ital.*)

At cur omittemus carmen laudibus ejus conſecratum? Accipe illud. In effigiem Joan. Hieron. Cavanæ &c. factam a Petro Firenze, pictore præſtantiſſimo.

Queſti è Cavana, *à cui l'illuſtre, e bella*
Liguria è degna Patria; egl' è ben deſſo,
Ch' heroitamente in ampia tela eſpreſſo
Con lingua di color muto favella &c.

Sed, miſſis aliis, veniamus ad noſtrum, cui & ipſi libri nonnulli ſunt inſcripti.

Poëmata ſacra D. Pet. Caroccii, ad Illuſtriſſ. Jo. Nicol. Cavanam. Neapoli 1634. in 8. (*Ital.*)

In laudem ejus ſequens carmen in limine legitur.

Alto Signor, cui dan le glorie prime
Stato, proſapia, affettuoſo ardore,
De' genitor, degli Avi, del tuo core

Im-

(*f*) Omitto reliqua, quæ ibi Latine leguntur, una cum pluribus aliis hujusmodi documentis & literis ad poſſeſſiones & prærogativas gentis *Cavanæ* ſpectantibus, quæ inde a p. 646. ad p. 663. deſcribuntur.

Immenſo, illuſtre di Virtù ſublime &c.

Nec prorſus negligendus eſt liber ſequens: *Le Vigilie del Capricorno, Note tumultuarie di Paolo Genari, di Scio*, &c. qui & ipſe *Jo. Nicol. Cavanae* eſt dedicatus. Venetiis per Combum & La Nou 1667. in 12.

Prætereo alios, & hæc tantum addo. Fr. *Angelicus* folia aliquot in laudem hujus *Bibliothecæ* accepit, cum triſti nuncio, *Minozzium*, amicum, cujus, quæ in illis leguntur, ſudori debentur, ex continuis doloribus, quos infirmiſſima valetudo mille modis affert, ita eſſe affectum, ut miraculo proximum ſit futurum, ſiquidem ex hac hyeme eluctetur. Cumque hæ pagellæ generoſiſſimo CAVANÆ noſtro ſint inſcriptæ, ipſa vero Dedicatio prorſus egregia ſit, quæ, carmine ſcripta, Dei, & juxta cum eo Deorum (ita enim merito appellantur, qui ad imperium nati ſunt) laudem referat, male me acturum credidi, ſi illas ad poſteritatis memoriam non transmitterem. En tibi illas!

BIBLIOTHECA APROSIANA

carmine a *Petro Franciſco Minozzio*, Profeſſore Legum Monſavinenſi, celebrata, ad Illuſtriſſ. *Jo. Nicol. Cavanam*, Nobilem Genuenſem, Pindique Protectorem.

Ad Illuſtriſſimum Dominum

IOANNEM NICOLAUM CAVANAM

Animatum humanitatis Librum, & animantem benigniter Confectores Librorum.

EPIGRAMMA

Dedicatorium:

Ex-

Excipe Librorum cultrices, excipe Muſas,
NICOLAE velut Te Librum, Apollo colit.

Vivus enim es Codex, in quo ſe Gloria ſcribit
In quo ſe Charites, Pierideſque notant.

Has modò ſi nudas amplecteris ipſe Camœnas,
Veſtis eris nudis,& Liber ipſe, Libris.

Lumine veſtitum quis te neget eſſe *Volumen*,
Si radiis veſtis Biblia cuncta tuis?

Al P. Frà

ANGELICO APROSIO VINTIMIGLIA

Per la ſtampa, e publicatione della ſua coſpicua Libraria Aproſiana

Sonetto

Di PIER-FRANCESCO MINOZZI Profeſſore di Leggi Monſavineſe.

Le pagine cangiaſte in ale d'oro,
O Fogli eterni, o ANGELICI Volumi,
Del Ciel di Palla Intelligenze, e Numi,
E di luce arricchiſte e l'Indo, e 'l Moro.

Da Lungi hor'io co' miei ſoſpir v'adoro,
Del viver mio frà' languidi barlumi,
E d' un'empio Deſtin frà gli atri dumi,
L' Occidente auvivo, i vepri inſioro.

Quell' erudito Albergator di voi,
Famoſo in voi peregrinar rauviſo
Da la Liguria a gli Emiſperi Eoi.

A la

A la mia mente un ſaggio Paradiſo
Siete, o Papiri, in cui più dotti Heroi
Godon di Gloria un' immortale Eliſo.

Ejuſdem argumenti.
Ad Illuſtriſſimum D. Joannem Nicolaum Cavanam.

Epigramma.

Bibliothecalem *Aproſii* manus inclyta Gazam
Pandit, Palladium pandit in Orbe penum.
Angelicas iſtas venerare, *Cavana*, Papyros,
Fama quibus Pennas indidit ipſa ſuas.
Has ego nunc omnes cerno volitare per oras:
Oras per cunctas, cuncta per ora volant.
Hæc eſt *Angelicæ* ſapiens vulgatio Turbæ;
Angelicè hanc quovis ergo volare decet.

De eodem celeberrimo Bibliophylacio, ſive Librario Aproſiano.

Epigramma.

Ditia inexpleto quis corde æraria condit?
Aproſius doctas doctus acervat opes.
Olli Librorum fulgeſcit docta ſupellex:
Olli Palladiam confovet Arca ſtruem.
Argenti, atque auri cumulat gens ſordida *Libras*;
Plus pretioſè almos congerit iſte *Libros*.
Hi ſunt Theſauri locupletis ubique Sophiæ,
Queis vel pauperies aurea ſemper erit.
Queis ditatur inops, & onuſta mente ſuperbit.
Codicum Amaltheà, & Copià ovante * tumens.
His repleta bonis, vita hæc eſt vita, beato

Peſt

* *Sapientia inflat.*

Poſt obitum ſine, at ſine perenne fruens.
Angelico Aproſius, meritoque hinc nomine fulget.
Angelica hunc Virtus namque beata beat.

Idem argumentum,

Epigramma.

Tollat Atlanteas ſaxorum ad Sidera moles
Faſtus inexhauſtas turgidus inter opes.
Librorum doctam, numeroſa Volumina, molem
Angelus, æterno machinæ honore, ſtruit.
Libri, Palladiæ ſunt ſcripta Palatia Sedis,
Quæ numquam in Mundi Sede cadente cadunt.

Thema idem.

Epigramma.

Mundum Librorum, quin ſcitum extruxit Olympum
Angelus in Liguris Sede beante plaga.
Dicitur hic mundus ſuperi Liber eſſe Tonantis:
Angelicum Mundum reddidit iſte Libros.

Idem ſequitur argumentum.

Epigramma.

Ingredere huc, Lector: Librorum hic Copia dives.
Mentis avaritiam hic ipſe replere potes.
Helluo Librorum tu quiſque volumina glutis,
Hic doctam explebis, *Fama* animante, *famem.*
Hic potes ingluviem penitus ſaturare ſtudentem,
Sed tamen *Angelica* paſtus in Orbe dape.

Ab eodem themate non recedit.

Epigramma.

Cerno quot hic ſcriptis numeroſa volumina chartis,
Tot docti hic Cœli Sydera adeſſe canam.
Angelus illa etenim vigili cuſtodit ocello:
Nonne vocem hæc Stellas, ſi *Angelus* Aſtra regit?

Eidem inhæret Lemmati.

Epigramma.

Extructa in Loculos, Cuneoſque Armaria plures,
Pegmataque hic video, multa referta Sophis.
Hic armata Scholis, docta viget Ægide Pallas,
Occidat in Tumulis ut Libitina ſuis.
Hic foruli, pluresque adſunt ex ordine Nidi,
In quibus haud unus nidificavit Olor.
In Loculamentis qui barbita pulſat amicis,
Victumque in funus carmina muta vibrat.
Vallata hic denſo *Libraria* codice ſplendet,
Tempus ut æterno Palladis enſe necet.
Scilicet æternos manſura vigeſcit in annos;
Angelica hanc etenim ſervat in Orbe manus.

Ad eundem P. F. Angelicum Aproſium, Philobiblum, & Philomuſum, necnon Philologum omnibus eruditionis numeris abſolutum.

Epigramma.

Ingenium tua magna tuum *Libraria librat*,
Angelice, ut Magnus ſic Philobiblus oves.
Hinc Philomuſus ovas, doctique cupidine luxus
Odiſti auratas plus pretioſus Oves.
Librorum es Paſtor, Paſtore & Apolline major;
Clau-

Claudis enim ſcitos in tua clauſtra Greges.
Mille aliæ *errabant Siculis in Montibus* * *agnæ:*
Cycnus Millenus ſtans tua in æde ſapit.

Ad eundem.

Ejusdem Thematis.

Epigramma.

Quis modò Virtutem ſterilemve inopemve vocabit
Si ipſe Minervali fruge repletus ovas?
Non te paupertas, non *angit curta ſupellex*,
Sed Pandora *ungit*, doctaque Gaza fouet.
Te Segetes doctæ, ſapientia Gargara ditant,
Horrea & Aſcræo ſemine plena replent.
Tu ſaturas Pluteos, numeroſo vate refertos,
Necnon omnigenis Scrinia onuſta Sophis.
Te Parnaſſiacæ locupletat copia mercis,
Encyclopædiæ te bona cuncta beant.
Hinc Phœbi es Craſſus,ſeu Crœſus es ipſe Minervæ,
Attalus es Pindi, Caſtalidumque Titus.
Iactet Cæſareas inflata ſuperbia pompas:
Tu Sophia magis es Cæſare Cæſareus.

Iuſtus Lipſius *edidit Syntagma eruditum* de Bibliothecis, *& illius Magnus Diſcipulus* Erycius Puteanus *typis deprompſit* Palæſtram bonæ mentis.

Epigramma.

O Lipſi, adde tuis *Bibliorum* nupera Thecis
Nunc Biblia, *Angelicos* ſcilicet adde *Libros.*
Sique *Bonæ* exquiris *Mentis, Puteane, Palæſtram,*
Angelicæ hi *Mentis Optima Gymnas erunt.*

De

* Virgilius Ecl. II. v. 21.

De eadem Bibliotheca Aproſiana.

Diſtichon.

Omnia nunc Liguri cedant miracula terræ :
Bibliothecam etenim hæc exerit *Angelicam.*

Pergami olim Reges multam Librorum copiam congregaverunt. *Adi* Athenæum Deipnoſophiſtarum *Lib. I. c.* 1. *ubi alias tum publicas, tum privatas inſignes memorat Bibliothecas.*

Diſtichon.

Pergamei Reges cumularunt Biblia: Tu Rex
Librorum, *Aproſi*, Pergama docta ſtruis.

Apud Athenienſes Prytaneum ampliſſimus erat locus, in quo viris bonis victus quotidianus ſumptu publico præbebatur. Adagiographus in Proverbio, Bibliotheca animata, *& alii meminerunt.*

Diſtichon.

Structore *Aproſio*, Prytaneum aſpice doctum :
Innumera hæc Virtus Nomina ſemper alit.

Alluditur ad priſcum illud Muſeum; *quod quidem Muſeum Menſa fuit Ægypti, ad quam patebat aditus cunctis, quos tota paſſim Ægypto celebres eruditio faciebat. Conſule eundem* Parœmiographum, loc. cit.

Epigramma.

Muſeum Ægypti ſileat mihi Fama vetuſtum :
Muſeum in Liguri tramite ſpecto novum.

Pan-

Panditur hic aditus cunctis virtute notatis:
Hic poſt Fata Viros Fama perennis alit.

Alludit ad celebrem illam in Ægypto BibliothecamPtolemæi Philadelphi Regis Ægypti.

Epigramma.

Si, Philadelphe, *tumet* Librorum Fama tuorum,
Hanc nihil *Aproſii Bibliotheca timet.*
Libros Niliacas tua dextra erexit ad undas;
Erigit ad Ligures hic ſapienter aquas.
Si Tu Regali donaſti Biblia Sede,
Angelica Angelicus Biblia Sede beat.

Alludit ad clariſſimum Muſeum Septalianum, quod lucem in publicam evulgatum mihi dono miſit Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus D. Carolus Septala Mediolanenſis Patricius, & Epiſcopus Derthonenſis Sapientiſſimus.

Epigramma.

Septalianum effert *Muſeum* Fama perennis:
Aproſiana Choros *Bibliotheca* meret.
Id Fama ad Regnum *Inſubris* nam ſibilat *Anguis*;
Ad Ligurem * Cycni perſonat iſta Thronum.

* *Cycnus enim floruit olim Rex Liguriæ.*

Alluſio ad nobilem Hermathenam, & *illuſtre*Muſeum *Varronis illius Bononienſis, hoc eſt Magni* Vlyſſis Aldrovandi, *qui meruit etiam Pontificias Urbani VIII. laudes, quæ leguntur in Latinis Carminibus tanti Vatis.*

Epigramma.

Aldrovande, tuas facunda Bononia laudes,
Muſeumque canit Pindus in orbe tuum.
Aproſii Angelicas ſed dum contemplor *Athenas*,
Hic Paradiſiacos pſallere cerno Choros.

Libet etiam hic alludere ad vaſtiſſimam illam Mediolanenſis Urbis Bibliothecam, quam nuncupant Ambroſianam.

Epigramma.

Ambroſiana Orbi ſi *Bibliotheca* refulget,
Aproſiana ſimul *Bibliotheca* nitet.
Nec caret *Ambroſia*, dulci Cuſtode renidens,
Scilicet *Angelicam* qui ſapit *Ambroſiam*.

Addimus alluſionem ad Angelicam *Romae* Bibliothecam, *quam in Cœnobio D. Auguſtini Antiſtes olim doctiſſimus* Angelus Roccha *ſplendidiſſimè coacervavit.*

Diſtichon.

Angelica extollunt ſi *Biblia* in Urbe Quirites,
Poſſidet Angelicos & Ligus ora *Libros*.

Quidni etiam alludamus adBarberinam ampliſſimam, & ubique gentium inclytam Bibliothecam?

Epigramma.

Barberine, tuos celebrant encomia *Libros*:
Libros Aproſio: nunc mea metra canunt.
Gentiles Hyble condunt tibi mella *Volucres*
Hic *Apis Aproſius* mella diſerta ferit.

Ad-

Adjiciamus inſuper comparationem illuſtrem cum ſplendidiſſima illa memorabili, & admiranda Bibliotheca in Galliis Mazzarina.

Epigramma.

Mazzarina canit Millena Volumina Mundus:
Chartas *Aproſias* noſtra Thalia canit.

Illa *Aurata* inter *Gallorum Lilia* florent
Auguſtine, *Nives* hæ voluere tuas.

In *Nivibus* Sacris hæc ergo *Biblia* florenr,
Addit & hiſce ſuas *Angelus* ipſe *Nives.*

Nec erubeſcimus Aproſianam Bibliothecam *conferre cum incomparabili* Vaticana.

Epigramma.

Vaticana mihi quis Romæ *Biblia* jactet?
Vaticanum aperit nunc ſimul *Aproſius.*

Quis *Vaticanam Aproſii* neget eſſe *Minervam*,
Illam ſi *Vates* nunc ubicunque *canunt*?

Superaddamus de eodem Bibliothechio Aproſiano *pro colophone aliud*, *& forſitan non inſulſum.*

Epigramma.

Librorum excultam florere hic aſpice Sylvam,
Sylva ſed *Angelica* eſt hæc quoque facta *Domus.*

Per Sylvas Volucres migrant, ſtant hic ſed *Olores*,
Angelus & *Cuſtos* cuncta per ora volat.

Per la medeſima

LIBRARIA APROSIANA

All' Illuſtriſſimo Signore

GIOVAN NICCOLO' CAVANA

Patrizio Genoveſe, e Padre de' Virtuoſi.

Letterato Edifizio *Aproſio* fonda
Nel Liguſtico Ciel Fabbro di Gloria:
E gran *Corte* di *Carte* haver ſi gloria,
Gli alberghi ſuoi col cui ſaver circonda.

Qui Minerva le Menti alma feconda;
Del Tempo hà qui l'Eternità Vittoria;
Qui vive a' *Morti* un' immortal Memoria;
Qui dotto Egeo di Sapienza abonda.

CAVANA, hor Tù, nel cui gran Cuor paſſeggio
Generoſa Virtù fulgida Madre
D'un benigno ſplendor degno di Reggia;

Splendido accogli un ſi ſplendente *Padre*,
Ch'alto *Campion* di Pallade *Campeggia*,
Di Saggi Heroi frà l'*Erudite Squadre*.

IN-

INDEX AUCTORUM,

In quo eorum, qui Bibliothecæ Aproſianæ libros donarunt, nomina majuſculis; ceterorum minoribus deſcribuntur.

A.

ABatus (Anton.) pag. 35
ADIMARI (Alex.) 39
Albericus (Pet.) Medicus, 160
Albertinus, 128, 129
ALBERTI (Bartholom.) 149
ALBERTIS (Albertus de) 36, 132
Alunni (Franc.) Fabrica mundi, 149
Allatii Dramaturgia, mendoſa, 51. Scripta alia, 103
APROSIUS (Angelicus) Senior, 80
APROSIUS (Anton. Maria) 134
Aproſius (Ludov.) Otia æſtiva, 173
Aproſii (Angel.) effigies & in eam carmina, 199. In ejuſdem Bibliothecam carmina, 238, ſq,
ARCHI (Bartholom.) 150
Armannus (Vinc() 44, 181, 183, 184
AVENA (Angelicus) 84
Auguſtini de Civit. Dei edit. Lat. anni 1470. fol. 101
Azzolini (Laur.) 61

B.

BADUS (Seb.) 154, ſq.
BALESTRA (Anton.) 90
Balbus (Joan.) 215
Baptiſta (*Joſ.*) 168
BARBAZZIUS (Andr.) 49, 53, 54.
BARTHOLINUS (Albert.) 37
BARTHOLINUS (Bartolus) 149
Bartholini alii, 37

Barthius (Caſp.) 91. de commentariis, quos paravit in *Auguſtinum* de C. D. 151. de *Adverſariis* tum editis, tum MSS. 152
BERNARDUS (Baſilius) 154
Berneggerus (Matthias) contra Scioppium, 30, 31
BIANCHI. Vid. *Blanchus*,
BLANCUS (Andr.) 55.
Boldonius (Octavius) 9.
BONIFACIUS (Balthaſ.) 141
Bonifacius (Vincent.) 146
Bonomius 53, 117
Boſeilus (Hieron.) 117
Boſſius (Hieron.) 31
Boterus (Jo.) 69
BRIGNOLE SALE (Anton. Jul.) 131
BRITIUS (Angelus) 85
BRUNUS (Cœleſtin.) 222
BURCHELATUS (Cæſarius) 225

C.

CALCAGNINUS (Auguſtin.) 1
Calepinus (Ambroſ.) 210, ſq. 217
CANESSA (Aurel.) 140
CAREZZANUS (Albert.) 38
CARILLUS (Auguſtin.) 4
CAVALCANTUS (Andr.) 56
CAVANA (Jo. Nicol.) 232
Cavazza (Proſper.) 20
CERMELLUS (Auguſtin.) 4
CHARTARIUS (Carol.) 176
Chartarius (Flamin.) 177.
Chartarius (Julius) 177
Chartarius [Mutius] 179
Chartarius (Papirius) 179
Chartarius (Rutilius) 179
Chiabrera [Gab.] 219
CHIANEA [Anton.] 91

CHIESA

CHIESA [Carol. Anton.] 204
CLAVARENSIS [Angelicus] 84
COMITIBUS [Carol. de] della Lengueglia, 190
Comitibus [Car. & Julius de] ibidem not.
CORDERIUS [Sebaſt.] 157
CORRADI [Angelus] 85
COSTA [Carol. Conſtant.] 209
CULTELLINUS [Auguſt.] 6, ſq. Elogia ejus, 15. de eo Scriptores, 17. adde p. 114.

D.

DATUS [Carol.] 185, ſq. & 113
DIANA [Sebaſt.] 157
Donnoli [Franc. Alph.] 17

F.

Faber [Baſil.] Soranus, 211
FACCIUS [Carol.] 189
Felini [Franc.] 156
FERRANDUS [Carol.] Bibliopola Mediolan. 189
FRANSONUS [Aufran. Matth.] 71
Florellus [Jac.] 198
FOSSA [Andr.] 57

G.

GALEANUS [Antonin.] 88
GALLICANO [Bartholom. de] 150
GALVANUS [Aurel.] 6, ſq.
Gamurini [Eugenius] 44
GASTUS [Auguſtin.] 17, ſq.
Gaudentius [Paganin.] 7
GIANO [Carol.] 196
GODÆUS [Anton.] 91, ſqq.
GUASCUS [Bened.] Bibliopola Genuenſis, 160
Grillus, Medicus, 158, ſq.
Guzzi [Anton.] 61

Heinſius

H.

Heinſius [Nicol.] 15, 56, 185
Horatii verſio Italica, 54

I.

Janua [Jo. de] Vocabularium, 216
IMPERIALIS [Bartholom.] 153
Juſtinianus [Mich.] 133, 197

L.

LAMBERTUS [Anton.] 101
LAMBERTUS [Anton. Maria] 139
LAMPUGNANUS [Auguſtin.] 27
LANDUCCIUS [Ambroſ.] 49
LAURENTIIS [Anton. Franc. de] 130
Laurentii [Joſ.] Polymathia 143
Legatus [Laur.] 48, 199. Athenæum Poëticum, MS. 54, 60, 79, 90, 100, 110, 122, 171, 195. Lyceum Herculis MS. 78. Muſeum Poëtriarum, 140
LEONI [Auguſtin.] del' Saſſello, 32
LOMERUS [Annibal.] 87
Lucanus Italico carmine redditus, 67. Specimen verſionis, 68
LUPUS [Angelus] 85
Luſinius [Jo. Gab. Anton.] 132, 153

M.

Macri [Domin. & Carol.] 184
MAGLIABECCHIUS [Anton.] 102
MAGNUS [Alexander] 39, ſq.
MAGNUS [Aloyſius] 47
Malvaſia [Car. Cæſar] 198
MANZINUS [Car. Anton.] 205
MAROTUS [Bened.] 163
MARESCOTTUS [Annibal] 87
MELLINI [Bened.] 169
Menagius [Ægid.] 106
MERELLUS [Antonin.] 88
Millini, vide *Mellini*.
Minozzi [Pet. Franc.] 111, ſqq. Carmina ejus in Bibliothecam Aproſianam, 238, ſq.
MONSELICE [Bartholom.] 154
Montalbanus [Ovid.] 144
MORANDUS [Bernh.] 171, ſq. & 133
MORONUS (Carol.) 193

MU-

MUSCETTOLA (Anton.) 117

N.

NIBBIO (Auguſtin.) 32
NIGER (Alexand.) 42
NIGER (Blancus) 175
Niſieli, 16
Nomius [Frider.] 54, 112, 187
NOVARINUS [Aloyſ.] 48

O.

ONDA [Andr.] 58
ORENGUS [Anton. Battaglinus] 129
Oricellarius. Vide *Rucellaeus*
ORIGONUS [Car. Joſ.] 209
Oſtilius Contalgenus, i. e. *Auguſt. Cultellinus*, 10

P.

PADUS. Vide *Badus*.
PAICHOUX [Card. 195
PANICELLUS [Card.] 196
PAOLETTUS [Auguſtin] 33
Paruta [Jo. Jac.] 129
Perſius ital. carmine expreſſus, 60
PESCULIUS [Andr.] 59
Piccinardus [Jo. Ludov.] 118
PICOTTUS [Curtius] 227
Pindarus Italice converſus, 39, 112
Placcius [Vinc.] 105
PORRUS [Alexand.] 42
PORRUS [Anton.] 128

Q.

QUATTRO-CASE [Celſus] 223
QUIRINUS [Aloyſ.] 48

R.

REVELLI [Anton. Maria. 140
Ridolphi. Vid. *Rodulphus*.
RODULPHUS [Car.] Pictor, 196
Roſinis [Celſus de] 58
ROSSI [Auguſtin. de] 34
ROSSOTTUS [Andr.] 62
ROVERI [Alphonſ.] 46
Rucellaius [Jo.] 109, ſq.

SALE,

T.

SALE. Vide *Brignolius.*
Sara Copia, Hebræa erudita, 143
Scioppius oppugnatus 132. Ejus Promtuarium Linguæ Lat. MS. 213, 215
Scrofatus [Cæſar] 27
SECCHI [Angelus] 86
SEPTALIUS [Car.] 101
Septalii alii, ibidem in Notis
Septalius [Manfred.] 202, ſq.
SOLARI [Chryſanthus] 226
SOMMARIVA [Angelus Maria] 87
Sopranes [Raph.] 2, 197
SPERELLUS [Alexand. 44
SPERONUS (Carol.) 203
SPINOLA [Alexand.] 43
Stelluti [Franc.] 60
Stiglianus [Thomas] 50
Striglionus [Jo. Matthias] 124

T.

Theſaurus [Eman.] 189
THEULI [Bonaventura] 175
THOMASINUS [Chriſtoph.] Bibliopola Venetus, 226
TIBERTI [Bernardin.] 170
Tientibene, i. e. *Mellini*, 169
TURRIUS [Carol. Barthol.] 207

V.

VALFREDUS [Andr.] 65
VANCI [Angelus] 86
Vantus [Jo. Maria] 144
Ughellus [Ferdinand.] 1
Viliottus [Franc.] 63
Villanus [Nicol.] 64
Vintimilia [Jo. 88, ſq.
Vitalis [Jo. Bapt.] 79
Uva [Bened ab] 79

Z.

ZAROTTUS [Cæſar] 224
ZILIOLA [Catharina] 219
ZILIOLI [Alexand.] 46, 220

II. IN-

II.

INDEX RERUM POTIORUM.

A.

ALexii vita, 133
De anagrammatibus quid ſentiendum? 70
Apathiſtarum Academia, 6, 114
Aſtrologia examinata, 36
Aulicorum vitæ, 62

B.

S. *Bellini* reliquiæ, & de illis transferendis lites, 142
Bibliopolæ quidam præſtantiores, 103
Blaeu [Joan.] [Pet.] & Gulielm. Bibliopolæ, 102, 214
Broidenſes eruditi, 65

C.

Canonici Regulares, 58
Catena in Jobum, 5
S. Catharinæ Panegyricus, 34
China Chinæ, 135
Clemens IX. P. M. 73
Coeci eruditi, 181
Crucis apparitiones prodigioſæ, 126

D.

Dominicani monachi, 5

E.

de *Epiſcopis* liber Alex. Sperelli, 45
Eremitæ S. Auguſtini, 86, 87

F.

Fabulæ Romanenſes, 173, ſq.
Fuggeri, typographi, 103

G.

Gelati Academici, 53
Geltrudes ſanctæ, 30

H.

H. litera Itali non libenter utuntur, 109
Hierati [Anton.] Bibliopola, 103, 214, ſq.
Hieronymi vita, 3

Jeſuita

INDEX.

J.

Jeſuita exenteratus, liber, 123
Jeſuitæ exoſi, 132
Imagines ſacræ, 1
Intemelium, hodie *Vintimiglia*, 165
de *Italis* eruditis Scriptores, 198

L.

Lateranenſe Lyceum, 57
Lexica Lat. varia, 210, ſq.
Libelli famoſi caſtigati, 35
Ligus femina, 166

M.

Martyrum vitæ, 2
Medicea Biblioth. P. F. *Minozzii*, 111
Modiciæ, urbis, ædes ſacra, egregiis ornamentis conſpicua, 19
Mulierum ornatus, 36

N.

Nicææ urbis deſcriptio, 170
Nicolaus, V. P. M. 73
Niger [Stephanus] 77
Nulla dies abeat, &c. 10

P.

Peſtilentia Mediolanenſis, 29
Peſtilentiæ cauſæ & effectus, 161
Phantaſtici Academici, 51
Pictorum veterum vitæ, 113, aliorum ex Italis, 198. Venetorum, 199
Poetæ Siculi, 89.
Poetarum Italorum hiſtoria, MS. 220, 221
Pontificis Maximi electio, 26
Præcox eruditus *Aloyſ. Magnus*, 47

S.

Societates Italorum literariæ, 53

T.

Tabaci abuſus, 139
Taciti locus emendatus, 165

V.

Veſtitus rationes examinatæ, 29
Vintimiglia urbs, olim *Intemelium*, 195
Viterbienſis Conventus Trinitatis, 20, ſq.
Vocabularium Academiæ *Cruſcæ* Italicum, 107, ſq.

FINIS.

Digitized by Google

Epigramma.

Aldrovande, tuas facunda Bononia laudes,
Muſeumque canit Pindus in orbe tuum.
Aproſii Angelicas ſed dum contemplor *Athenas*,
Hic Paradiſiacos pſallere cerno Choros.

Libet etiam hic alludere ad vaſtiſſimam illam Mediolanenſis Urbis Bibliothecam, quam nuncupant Ambroſianam.

Epigramma.

Ambroſiana Orbi ſi *Bibliotheca* refulget,
Aproſiana ſimul *Bibliotheca* nitet.
Nec caret *Ambroſia*, dulci Cuſtode renidens,
Scilicet *Angelicam* qui ſapit *Ambroſiam*.

Addimus alluſionem ad Angelicam *Romae* Bibliothecam, *quam in Cœnobio D. Auguſtini Antiſtes olim doctiſſimus* Angelus Roccha *ſplendidiſſime coacervavit.*

Diſtichon.

Angelica extollunt ſi *Biblia* in Urbe Quirites,
Poſſidet Angelicos & Ligus ora *Libros*.

Quidni etiam alludamus ad Barberinam ampliſſimam, & ubique gentium inclytam Bibliothecam?

Epigramma.

Barberine, tuos celebrant encomia *Libros*:
Libros Aproſio: nunc mea metra canunt.
Gentiles Hyble condunt tibi mella *Volucres*
Hic *Apis Aproſius* mella diſerta ſerit.

Ad-

Adjiciamus inſuper comparationem illuſtrem cum ſplendidiſſima illa memorabili, & admiranda Bibliotheca in Galliis Mazzarina.

Epigramma.

Mazzarina canit Millena Volumina Mundus:
Chartas *Aproſias* noſtra Thalia canit.

Illa *Aurata* inter *Gallorum Lilia* florent
Auguſtine, *Nives* hæ voluere tuas.

In *Nivibus* Sacris hæc ergo *Biblia* florenr,
Addit & hiſce ſuas *Angelus* ipſe *Nives.*

Nec erubeſcimus Aproſianam Bibliothecam *conferre cum incomparabili* Vaticana.

Epigramma.

Vaticana mihi quis Romæ *Biblia* jactet?
Vaticanum aperit nunc ſimul *Aproſius.*

Quis *Vaticanam Aproſii* neget eſſe *Minervam*,
Illam ſi *Vates* nunc ubicunque *canunt*?

Superaddamus de eodem Bibliothechio Aproſiano *pro colophone aliud*, *& forſitan non inſulſum.*

Epigramma.

Librorum excultam florere hic aſpice Sylvam,
Sylva ſed *Angelica* eſt hæc quoque facta *Domus.*

Per Sylvas Volucres migrant, ſtant hic ſed *Olores*,
Angelus & *Cuſtos* cuncta per ora volat.

Per la medeſima

LIBRARIA APROSIANA

All' Illuſtriſſimo Signore

GIOVAN NICCOLO' CAVANA

Patrizio Genoveſe , e Padre de' Virtuoſi.

Letterato Edifizio *Aproſio* fonda
Nel Liguſtico Ciel Fabbro di Gloria :
E gran *Corte* di *Carte* haver ſi gloria,
Gli alberghi ſuoi col cui ſaver circonda.

Qui Minerva le Menti alma feconda ;
Del Tempo hà qui l'Eternità Vittoria ;
Qui vive a' *Morti* un' immortal Memoria ;
Qui dotto Egeo di Sapienza abonda.

CAVANA, hor Tù , nel cui gran Cuor paſſeggio
Generoſa Virtù fulgida Madre
D' un benigno ſplendor degno di Reggia ;

Splendido accogli un ſi ſplendente *Padre*,
Ch'alto *Campion* di Pallade *Campeggia*,
Di Saggi Heroi frà l'*Erudite Squadre*.

IN-

I.

INDEX AUCTORUM,

In quo eorum, qui Bibliothecæ Aproſianæ libros donarunt, nomina majuſculis; ceterorum minoribus deſcribuntur.

A.

ABatus (Anton.) pag. 35
ADIMARI (Alex.) 39
Albericus (Pet.) Medicus, 160
Albertinus, 128, 129
ALBERTI (Bartholom.) 149
ALBERTIS (Albertus de) 36, 132
Alunni (Franc.) Fabrica mundi, 149
Allatii Dramaturgia, mendoſa, 51. Scripta alia, 103
APROSIUS (Angelicus) Senior, 80
APROSIUS (Anton. Maria) 134
Aproſius (Ludov.) Otia æſtiva, 173
Aproſii (Angel.) effigies & in eam carmina, 199. In ejuſdem Bibliothecam carmina, 238, ſq,
ARCHI (Bartholom.) 150
Armannus (Vinc() 44, 181, 183, 184
AVENA (Angelicus) 84
Auguſtini de Civit. Dei edit. Lat. anni 1470. fol. 101
Azzolini (Laur.) 61

B.

BADUS (Seb.) 154, ſq.
BALESTRA (Anton.) 90
Balbus (Joan.) 215
Baptiſta (*Joſ.*) 168
BARBAZZIUS (Andr.) 49, 52, 54.
BARTHOLINUS (Albert.) 37
BARTHOLINUS (Bartolus) 149
Bartholini alii, 37

Barthius (Caſp.) 91. de commentariis, quos paravit in *Auguſtinum* de C. D. 151. de *Adverſariis* tum editis, tum MSS. 152
BERNARDUS (Baſilius) 154
Berneggerus (Matthias) contra Scioppium, 30, 31
BIANCHI. Vid. *Blanchus*,
BLANCUS (Andr.) 55.
Boldonius (Octavius) 9.
BONIFACIUS (Balthaſ.) 141
Bonifacius (Vincent.) 146
Bonomius 53, 117
Boſeilus (Hieron.) 117
Boſſius (Hieron.) 31
Boterus (Jo.) 69
BRIGNOLE SALE (Anton. Jul.) 131
BRITIUS (Angelus) 85
BRUNUS (Cœleſtin.) 222
BURCHELATUS (Cæſarius) 225

C.

CALCAGNINUS (Auguſtin.) 1
Calepinus (Ambroſ.) 210, ſq. 217
CANESSA (Aurel.) 140
CAREZZANUS (Albert.) 38
CARILLUS (Auguſtin.) 4
CAVALCANTUS (Andr.) 56
CAVANA (Jo. Nicol.) 232
Cavazza (Proſper.) 20
CERMELLUS (Auguſtin.) 4
CHARTARIUS (Carol.) 176
Chartarius (Flamin.) 177.
Chartarius (Julius) 177
Chartarius [Mutius] 179
Chartarius (Papirius) 179
Chartarius (Rutilius) 179
Chiabrera [Gab.] 219
CHIANEA [Anton.] 91

CHIESA

CHIESA [Carol. Anton.] 204
CLAVARENSIS [Angelicus] 84
COMITIBUS [Carol. de] della Lengueglia, 190
Comitibus [Car. & Julius de] ibidem not.
CORDERIUS [Sebaſt.] 157
CORRADI [Angelus] 85
COSTA [Carol. Conſtant.] 209
CULTELLINUS [Auguſt.] 6, ſq. Elogia ejus, 15. de eo Scriptores, 17. adde p. 114.

D.

DATUS [Carol.] 185, ſq. & 113
DIANA [Sebaſt.] 157
Donnoli [Franc. Alph.] 17

F.

Faber [Baſil.] Soranus, 211
FACCIUS [Carol.] 189
Felini [Franc.] 156
FERRANDUS [Carol.] Bibliopola Mediolan. 189
FRANSONUS [Aufran. Matth.] 71
Florellus [Jac.] 198
FOSSA [Andr.] 57

G.

GALEANUS [Antonin.] 88
GALLICANO [Bartholom. de] 150
GALVANUS [Aurel.] 6, ſq.
Gamurini [Eugenius] 44
GASTUS [Auguſtin.] 17, ſq.
Gaudentius [Paganin.] 7
GIANO [Carol.] 196
GODÆUS [Anton.] 91, ſqq.
GUASCUS [Bened.] Bibliopola Genuenſis, 160
Grillus, Medicus, 158, ſq.
Guzzi [Anton.] 61

Heinſius

H.

Heinſius [Nicol.] 15, 56, 185
Horatii verſio Italica, 54

I.

Jauua [Jo. de] Vocabularium, 216
IMPERIALIS [Bartholom.] 153
Juſtinianus [Mich.] 133, 197

L.

LAMBERTUS [Anton.] 101
LAMBERTUS [Anton. Maria] 139
LAMPUGNANUS [Auguſtin.] 27
LANDUCCIUS [Ambroſ.] 49
LAURENTIIS [Anton. Franc. de] 130
Laurentii [Joſ.] Polymathia 143
Legatus [Laur.] 48, 199. Athenæum Poëticum, MS. 54, 60, 79, 90, 100, 110, 122, 171, 195. Lyceum Herculis MS. 78. Muſeum Poëtriarum, 140
LEONI [Auguſtin.] del' Saſſello, 32
LOMERUS [Annibal.] 87
Lucanus Italico carmine redditus, 67. Specimen verſionis, 68
LUPUS [Angelus] 85
Luſinius [Jo. Gab. Anton.] 132, 153

M.

Macri [Domin. & Carol.] 184
MAGLIABECCHIUS [Anton.] 102
MAGNUS [Alexander] 39, ſq.
MAGNUS [Aloyſius] 47
Malvaſia [Car. Cæſar] 198
MANZINUS [Car. Anton.] 205
MAROTUS [Bened.] 163
MARESCOTTUS [Annibal] 87
MELLINI [Bened.] 169
Menagius [Ægid.] 106
MERELLUS [Antonin.] 88
Millini, vide *Mellini*.
Minozzi [Pet. Franc.] 111, ſqq. Carmina ejus in Bibliothecam Aproſianam, 238, ſq.
MONSELICE [Bartholom.] 154
Montalbanus [Ovid.] 144
MORANDUS [Bernh.] 171, ſq. & 133
MORONUS (Carol.) 193

MUSCETTOLA (Anton.) 117

N.

NIBBIO (Auguſtin.) 32
NIGER (Alexand.) 42
NIGER (Blancus) 175
Niſieli, 16
Nomius [Frider.] 54, 112, 187
NOVARINUS [Aloyſ.] 48

O.

ONDA [Andr.] 58
ORENGUS [Anton. Battaglinus] 129
Oricellarius. Vide *Rucellaius*
ORIGONUS [Car. Joſ.] 209
Oſtilius Contalgenus, i. e. *Auguſt. Cultellinus*, 10

P.

PADUS. Vide *Badus*.
PAICHOUX [Card. 195
PANICELLUS [Card.] 196
PAOLETTUS [Auguſtin] 33
Paruta [Jo. Jac.] 129
Perſius ital. carmine expreſſus, 60
PESCULIUS [Andr.] 59
Piccinardus [Jo. Ludov.] 118
PICOTTUS [Curtius] 227
Pindarus Italice converſus, 39, 112
Placcius [Vinc.] 105
PORRUS [Alexand.] 42
PORRUS [Anton.] 128

Q.

QUATTRO-CASE [Celſus] 223
QUIRINUS [Aloyſ.] 48

R.

REVELLI [Anton. Maria. 140
Ridolphi. Vid. *Rodulphus*.
RODULPHUS [Car.] Pictor, 196
Roſinis [Celſus de] 58
ROSSI [Auguſtin. de] 34
ROSSOTTUS [Andr.] 62
ROVERI [Alphonſ.] 46
Rucellaius [Jo.] 109, ſq.

SALE,

T.

SALE. Vide *Brignolius.*
Sara Copia, Hebræa erudita, 143
Scioppius oppugnatus 132. Ejus Promtuarium Linguæ Lat. MS. 213, 215
Scrofatus [Cæſar] 27
SECCHI [Angelus] 86
SEPTALIUS [Car.] 101
Septalii alii, ibidem in Notis
Septalius [Manfred.] 202, ſq.
SOLARI [Chryſanthus] 226
SOMMARIVA [Angelus Maria] 87
Sopranis [Raph.] 2, 197
SPERELLUS [Alexand. 44
SPERONUS (Carol.) 203
SPINOLA [Alexand.] 43
Stelluti [Franc.] 60
Stiglianus [Thomas] 50
Striglionus [Jo. Matthias] 124

T.

Theſaurus [Eman.] 189
THEULI [Bonaventura] 175
THOMASINUS [Chriſtoph.] Bibliopola Venetus, 226
TIBERTI [Bernardin.] 170
Tientibene, i. e. *Mellini*, 169
TURRIUS [Carol. Barthol.] 207

V.

VALFREDUS [Andr.] 65
VANCI [Angelus] 86
Vantus [Jo. Maria] 144
Ughellus [Ferdinand.] 1
Viliottus [Franc.] 63
Villanus [Nicol.] 64
Vintimiglia [Jo. 88, ſq.
Vitalis [Jo. Bapt.] 79
Uva [Bened ab] 79

Z.

ZAROTTUS [Cæſar] 224
ZILIOLA [Catharina] 219
ZILIOLI [Alexand.] 46, 220

II. IN-

II.

INDEX RERUM POTIORUM.

A.

A*Lexii* vita, 133
De anagrammatibus quid ſentiendum? 70
Apathiſtarum Academia, 6, 114
Aſtrologia examinata, 36
Aulicorum vitæ, 62

B.

S. *Bellini* reliquiæ, & de illis transferendis lites, 142
Bibliopolæ quidam præſtantiores, 103
Blaeu [Joan.] [Pet.] & Gulielm. Bibliopolæ, 102, 214
Broidenſes eruditi, 65

C.

Canonici Regulares, 58
Catena in Jobum, 5
S. Catharinæ Panegyricus, 34
China Chinæ, 135
Clemens IX. P. M. 73
Coeci eruditi, 181
Crucis apparitiones prodigioſæ, 126

D.

Dominicani monachi, 5

E.

de *Epiſcopis* liber Alex. Sperelli, 45
Eremitæ S. Auguſtini, 86, 87

F.

Fabulæ Romanenſes, 173, ſq.
Fuggeri, typographi, 103

G.

Gelati Academici, 53
Geltrudes ſanctæ, 30

H.

H. litera Itali non libenter utuntur, 109
Hierati [Anton.] Bibliopola, 103, 214, ſq.
Hieronymi vita, 3

INDEX.

J.

Jeſuita exenteratus, liber, 123
Jeſuitæ exoſi, 132
Imagines ſacræ, 1
Intemelium, hodie *Vintimiglia*, 165
de *Italis* eruditis Scriptores, 198

L.

Lateranenſe Lyceum, 57
Lexica Lat. varia, 210, ſq.
Libelli famoſi caſtigati, 35
Ligus femina, 166

M.

Martyrum vitæ, 2
Medicea Biblioth. P. F. *Minozzii*, 111
Modiciæ, urbis, ædes ſacra, egregiis ornamentis conſpicua, 19
Mulierum ornatus, 36

N.

Nicææ urbis deſcriptio, 170
Nicolaus, V. P. M. 73
Niger [Stephanus] 77
Nulla dies abeat, &c. 10

P.

Peſtilentia Mediolanenſis, 29
Peſtilentiæ cauſæ & effectus, 161
Phantaſtici Academici, 51
Pictorum veterum vitæ, 113, aliorum ex Italis, 198. Venetorum, 199
Poetæ Siculi, 89.
Poëtarum Italorum hiſtoria, MS. 220, 221
Pontificis Maximi electio, 26
Præcox eruditus *Aloyſ. Magnus*, 47

S.

Societates Italorum literariæ, 53

T.

Tabaci abuſus, 139
Taciti locus emendatus, 165

V.

Veſtitus rationes examinatæ, 29
Vintimiglia urbs, olim *Intemelium*, 195
Viterbienſis Conventus Trinitatis, 20, ſq.
Vocabularium Academiæ *Cruſcæ* Italicum, 107, ſq.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google